

bet probari, Herculan. de mod. prob. negat. in princ. col. 1. & 2. Mascard. de probat. concl. 1087. & Florentia exat statum Rubr. c. 83. lib. 3. contra illos, qui asserunt habuisse iurisdictionem a superiore, de qua non constat nisi ob assertionem illius, & grauius puniuntur vi. infra p. 4.

268 † Postremo in hac suprema autoritate Brachij Regij quæro, an qui ea fungitur possit subdelegare? & breuiter quoad supremos Iudices, qui non sunt ad tempus, sed in perpetuum electi, vt Senatores, magni Cancellarij, & huiusmodi, & de quibus loquitur Berous latè de auth. magn. consil. non est dubium, quin isti possint delegare; & delegant secundum Bart. in l. 1. ff. de offic. eius cui manda. est iurisd. Butrig. in l. 1. C. qui pro sua iurisdic. sed in delegato † à Principe, Doctores omnes tenent, quòd subdelegare possit, l. a Iudice, C. de iud. in cap. pastoralis, & in cap. venerabilis, de offic. deleg. & ita de consuetudine seruari testatur Decia tract. crim. tit. de delegat. num. 41. tom. 1. lib. 4. vbi facit differentiam inter delegatum à Principe & delegatum à lege; & hoc verum nisi sit electa industria personæ, cui causa est delegata, arg. l. inter artifices, ff. de solut. l. viam veritatis, ff. locat. cap. vlt. §. is autem, de offic. deleg. Marant. de ord. Iudic. 4. par. distinct. 5. num. 64.

270 † & tunc dicitur electa industria personæ, vt quando Princeps in delegatione diceret geminatè, tu tu procedas, vel cognosces secundum Bald. in cap. fin. de offic. deleg. Euerar. in sua cent. loco. à vi geminationis. Item quando in commissione hæc similia verba apponentur dicendo, conscientia tua tantummodo committimus, vel tua discretioni, vel in te, aut de tua confidentia freti delegamus tibi, vt per Crauet. conf. 303. num. 2. Bald. conf. 128. & DD. in l. more maiorum, de iurisd. omn. iud. & in d. l. a Iudice, C. de Iudic. Vant. de nullit. ex defect. iurisd. deleg. num. 21. item quando esset facta delegatio de certis causis soli Principi reseruatis, quia intelligitur electa industria personæ, vt est committere causam meri & mixti imperij, Clar. §. fin. quæst. 42. ver. in delegato, in fin. & per Marant. d. distinct. 5. num. 64. D. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 21. num. 3. vbi industria in causa graui & ardua electa censetur. Item quando negotium indeterminatum mandatur secundum Bald. in l. vnica, §. ne autem, col. 2. vers. & hæc sunt vtilia, C. de caduc. tol. idem quando causa est ardua, Ias. in d. l. more maiorum, num. 65. de iurisd. omn. iud. Item quando liberum arbitrium & absolutum collatum est Iudici ordinario, vt D. Capitaneo Mantua, ad tempus limitatum, quia dicitur electa industria personæ suæ vsque ad tempus finiti biennij, per DD. in l. 1. de offic. suo, intellige vt infra hos & alios adducit Menoch. de arb. iud. quæst. 68. num. 8. cum seq. & quæst. 54. sub num. 11. vbi latè explicat, an causa meri, & mixti imperij subdelegari possit, & partem affirmatiuam tenet, vide D. Menoch. d. præsumpt. 21. lib. 2. Sed in hoc semper sunt attendenda verba delegationis, quia siue sit causa ardua, siue meri & mixti imperij, siue non, quando est electa industria personæ, nunquam subdelegari potest per supradicta, sed Clar. quæstio. 42. versic. in delegato, dicit, quòd in statu Mediolani delegatus non subdelegat. At in alijs Iudicijs absolutam potestatem habentibus, dico quòd si Brachium Regium non conceditur nisi in causis arduis & grauissimis, vt supra in tertio præmis. & in ijs censetur electa industria personæ, vt per D. Menoch. d. præsumpt. 21. num. 3. sequitur quòd sit formanda regula negatiua, nisi ex verbis aliter de mente Principis constet, vt per Menoch. vbi supra, num. 6. cum seq. & per l. non aliter, de leg. tertio, vel statum consuetudini, vt in l. minimè, & in l. cum de interpretatione, de leg. Decia. vbi supra, tit. de deleg. num. 41. tom. 1. lib. 4. & Fab. a Mont. Leo. pract. arb. par. 7. dicit quòd ex necessitate delegatus Principis potest alteri

172 subdelegare, & † Mantua D. Capitaneus Iustitiæ in suis causis iure ordinario ad se spectantibus non potest

subdelegare alteri processum informatiuum tantum, nisi suo vicario, quamdiu illum probum cognoscat, at quando nequam reperitur, potest ex necessitate alteri committere, vt processum informatiuum instruat. Verum quia sæpè delegantur causa dicto D. Capitaneo, tunc potest cui velit subdelegare pro formando processu offensiuo tantum, & iste subdelegatus potest etiam torquere testes, vt seruatum est multoties, licet non semper ritè factum sit.

273 † Et aduertendum est, quòd licet delegatus Principis possit subdelegare eandem causam alteri, nihilominus non potest subdelegare cum autoritate subdelegandi, non obstante quòd delegatus huic subdelegato commiserit in totum vices suas, & hoc ea potissimum ratione vt infinitas euitetur, ita Phil. Franc. in c. cum causam, num. 9. de appellat. perglos. in d. cap. & per tex. in c. super quæstione, §. si verò, de offic. deleg.

274 Marant. vbi supra, distinct. 5. num. 58. † nec processus factus ab isto subdelegato, subdelegato posset ratificari à delegante Principe propter defectum insanabile iurisdictionis, vt per Vant. de nullit. ex defect. iurisd. num. 140. quia in iurisdictione non habet locum ratihabitio, per illum in cap. cum causam, de appell. sed solus Princeps potest ratificare sententiam nulliter latam ex defectu iurisdictionis, vt est gloss. no. quæst. 2. cap. 1. & 2. ff. de offic. deleg. Vant. tit. qualiter sent. & c. num. 7. & num. 25. vbi ait verum esse quando Princeps scit, & notam habet scientiam de tali nullitate, & in tit. de nullit. ex defect. iurisd. num. 26. & 27. Quod facit pro quibusdam Iudicibus modernis, qui capiosè confirmare audent sententias ex defectu iurisdictionis nullas, & alij executionem concedunt, tanquam sint duæ sententia conformes, & à Boue maiori discit arare minor.

275 † Causa autem cognitio, an scilicet subdelegatus habuerit ipse, vtique autoritate in subdelegandi, ad delegatum Principis spectat, Vant. loc. cit. & de supradicta materia habetur apud Bart. & alios in l. obseruare, ff. de offic. proconsul. gloss. in l. si gerente, in ver. actitare, C. de offic. eius, qui vic. alt. gerit, & in dubio debet iudicare

276 quod non, † quia delegatio est stricti iuris, l. imperium, vbi Ias. & alij de iurisd. omn. iud. Bald. in auth. sed nouo iure, C. de ser. fug. & dicitur odiosa, no. gloss. in cap. 1. in ver. processus, in fi. de rescript. D. Menoch. latè contra D. Riminal. in d. quæst. 54. Multa etiam possent hic adduci circa ea, quæ Princeps facere potest, vel ei non conueniunt. Sed dico in summa, quæ de iure non potest Princeps facere, multò minus Iudex subrogatus, arg. à maiori ad minus, auth. multò magis, C. de Sacrosanct. Eccles.

277 † Restat solum breuiter recolligere nonnulla alia, quæ possit facere Iudex supremae autoritatis, & Part. de Put. in tract. synd. in verb. concordia, & in verb. Iudicis suprema potestas, plura accumulatur, & dicit, quòd iste Iudex per hanc supremam autoritatem multum facere potest, & non tenetur in syndicato de ijs, quæ facit, veruntamen cauendum est ab inuidis, & damnum passis, quia alia via **N O D V M I N S C I R P O Q V A E R V N T**, vt apud Plaut. in Men. & Terent. in And. legitur & Bald. in propof. Imol. & alios scrib. in d. l. filius familias, ff. de donat. vbi etiam tractatur de ijs quæ Iudex noster facere potest.

Primò, Iudex noster potest comburere instrumentum falsum productum, & lacerare libros improbae religionis; secundò, domum ruinofam inuitum cogit reficere; tertio, potest cogere aliquem vt vendat tantum de terreno suo stabili, vbi furcas possit erigere; quarto, potest capi facere iumentum pro exequenda iustitia; quinto, potest cogere ciues ad emendum ipsius frumentum quod habet superfluum, sed hoc petrarò accidit; sexto, potest statuere prenum, vt res viliori pretio vendantur, & quòd conducantur in publica platea; septimò, cogit vicinum vicino præstare aditum, sed hoc est etiam de iure communi, Ang. in l. 1. de ser. leg. octauò.

- uò, potest cogere partes ad concordiam; nonò, potest cogere arbitrum electum acceptare; decimò, potest mandare, vt aliqua domus destruat, vel vt ciuitas pulchrior reddatur, vel ob delictum vt transeat in exemplum pro cæteris facinorosissimis sceleratis; vndecimò, potest mala medicamenta rumpere, & mensuras iniustas frangere; duodecimò, potest à ciuitate eijcere morbosos & vagabundos; decimotertiò, potest statuere ius iniquum, de quo suo loco latè dicturus sum; decimoquartò, potest statuere præmium capienti malefactorum, *Pur. in ver. præmium, sed in causis criminalibus, quid possit facere in materia captura, torture & pœnarum, vide omninò Capol. in auth. sed nouo iure, num. 56. cum seq. C. de ser. fugit. vbi ponit trecentos casus, in quibus Iudex arbitrium habet tam in omittendo, quàm in committendo, quos per te videto.*
- A** **Q**UONIAM Brachium Regium habet quandam sympathiam seu consonantiam cum armis & bello, pauca attingamus obiter de Brachio ducis belli, & dicamus hos ¶ **D**uces latum arbitrium super bellum habere, & militibus iubere, vt vitam periculis exponant, & eos punire absque processu more belli, & more turbæ causam celeriter examinare, vt in Gallia sic testes examinari solent, & inter Teutonicos eirculo militum facto Dux omnibus simul auditis solet dirimere lites: & habemus in sacra pagina de Centurione, qui hoc arbitrium significauit, iniquens: Habeo sub me milites, & dico huic vade, & vadit, seruo meo hoc fac, & facit, *Matt. cap. 8. & in iure nostro est tex. in l. 2. §. populo deinde aucto, de offic. præf. & in Syntgm. iur. lib. 47. cap. 18. num. 4. & non obediens Duci etiam quod melius egerit non obedire, punitur. Cremens. Syng. 151. & in 6. par. num. 535. Nec possunt milites renuntiare eorum priuilegijs, Cauca. De tut. & Curat. nu. 318. & 324. Nec Dux pro eis, & Cremens. Syng. 150. sed miles non effugeret pœnam, sed mitius esset puniendus. Et si miles delinqueret in vno ex casibus non comprehensis in Decreto gratioso, de quo supra num. 50. tamen si per illud delictum in consequentiam veniret magna vtilitas Reip. vt de Produttore Patriæ, qui proditionem reuelauit, de quo Coarru. var. relect. 2. par. num. 4. esset excusandus à pœna fori, non autem poli, *Luc. de Pen. l. 1. col. 13. vers. verum, C. de Defertor. libr. 12. l. apparitor, C. de choactal. eo. lib. vi. Tiraq. de pœn. temp. Caus. 50. num. 1. 2. idem in tract. res inter alios, num. 10. qui dicit locum non habere quando vtilitas Reip. veniret in consequentiam, & non principaliter. Veruntamen ad illud est animaduertendum, quòd bellum ¶ fit licitum vt iussio Ducis licita existat: & dicitur bellum iustum semper esse, quotiescunque pugnatur contra infideles, & inimicos fidei nostræ Catholicæ Christianæ, *Bart. in l. 1. C. de pagan. alios adducit Ias. in l. ex hoc iure, vbi latè nu. 25. de iust. & iur. Bald. conf. 439. par. 5. Ioan. de Lign. tract. de bello, in rubr. de spol. cap. 10. Io. Lup. eod. tract. de bell. & bellator. §. 1. & 2. & 3. Host. in sum. de treg. & pac. §. quid sit iustum bellum, & iustitiam foueat. Anca. in cap. peccatum, de reg. iur. Nouissimè Nauar. in suo Manual. confess. cap. 15. num. 15. quibus in locis multa ad propositam materiam; Et dicitur bellum iustum pro parte eius, qui petijt sibi restitui suum, nec alio remedio succurri possit, nisi deueniat ad arma, *Iacob. Bouand. add. ad Ioan. de Terra. rubr. in tract. contra rebell. tract. 3. ar. 10. in verb. sufficiant; vbi latè de bello iusto, & iniusto, vsque ad fin. dicti cap.****
- 280** Respectuque vnus ¶ bellum dicitur iustum, sed iniustum respectu alterius; & per consequens capta ab vna parte (quæ ius fouet) licite capientium fiunt; vt in cap. damnum, cum concor. de reg. iur. & ab alia parte illicitè capiuntur, aduersus quam ius contrariatur: & ad hæc omnia videndus est *Boer. decis. 178. per tot. Sed*
- hæc distinctio procedit inter Christianos ad inuicem pugnantes, inter quos non dicitur bellum esse iustum, nisi ¶ pro tuitione rerum & status, pro quibus perimitur vnique (etiam manu armata) rem suam defendere, ac ab inuito recuperare, *l. 1. ff. de vi & vi arm. arg. l. vt vim, de iust. & iur. cap. cum olim, de restitut. spol. D. Menoch. de recup. poss. remed. 1. num. 121. & remed. 10. num. 47. Ias. in d. l. ex hoc iure, num. 39. de iust. & iur. tetigi supra in 1. par. num. 94. Et contra de tentorem seu turbantem statū alterius res in bello capte iure belli sunt capientis, per d. iura, magis quodammodo iure repræfaliarum, de quibus latè per *Bart. in suo tract. de repræfal. Nam inter Christianos, quòd ad personas, non seruantur iura captiuitatis, Bart. in l. hostes, in fin. ff. de capt. & postlim. reuerf. & quod dictum est de rebus, intelligitur de mobilibus, non autem de domibus, agris, & alijs rebus immobilibus. nam hæc sunt domini, qui licite bellum facit, Host. in sum. de treg. & pac. §. Quid sit iustum bellum, & iustitiam foueat. At nullo modo capta à militibus, qui extra castra vagantur, non pugnandi, sed furandi causa, vt de Bertonis, Anglicanis & de Vscochis, Amutinatis in Flædria, & huiusmodi Piratarum peioribus capta, nec iuste, nec licite capientium fiunt, per supradictos Authores. Et mercimoniam, & alia res, quæ vehuntur super equis, vel curribus seu plaustris, vel aliter in nauimamica, vel non transuehuntur, non causa belli, sed negotiationis à mercatoribus, vel ab alijs bello non intendentibus, capientium minimè fiunt, nisi essent res infidelium, *Bart. & alij in d. l. Hostes, & in l. si quid in bello, ff. de capt. & postlim. reuerf. Pereg. de iur. fisc. lib. 3. cap. 3. vbi de bello inter Christianos, & infideles, appellatione quorum veniunt omnes, qui deuiant à fide vera Catholica Christiana, & orthodoxa, vt l. 1. C. de hæret. & manic. & vide Boer. decis. 378. num. 10. & 11. Et Duces belli, qui latum arbitrium habent super guerra, non possunt donare immobilia, seu iura fiscalia recuperantibus castrum, quasi in præmium virtutis; sic concludit *Bald. in conf. 385. incip. Quando super facto certo, num. 6. par. 3. Ast quando ius est in armis, qui potest capere capiat (mundus dicit) at Christianè procedendo causa esset prius ciuilitè absque pugna tractanda, atque terminanda coram Iudicibus, & arbitris, non via armorum, nisi opus esset quasi coactè pro executione sententiæ. De quibus tandem teneantur Duces, & captores pro eorum militibus, vt dicam in 5. par. sub nu. 154. & vt aliqua pauca in proposito dicam De Brachio militari, vt Florentiæ vtitur, hoc Brachium, alibi dicitur secundum decretum de quo per *Doc. in l. 2. ff. ex quibus cau. in poss. ear. & Mediolani appellatur fortis executio. & leuis executio est primum Decretum, vt in No. Constitu. Rubr. de Iudic. §. si per apparentem, & declarantur in no. ord. anni MDXLII. Die XI. Iulij, & de iure ciuili quis ex primo Decreto mittitur in possessione bonorum Debitoris, qui contradicendo conuertit illud in vim simplicis citationis, deinde obtenta sententia mittitur in possessionem ex secundo Decreto ad hoc vi. *Afin. in prac. §. 4. cap. 3. & §. 31. per tot. apud nos Fiuizani conceditur grauamen a milite pro Socio, quod nisi confirmetur in contradictorio nihil est. Et quia nil proprius militibus ludo, præsertim alearum, & fortis cum quibus super tympano e seu tamburo, cognoscitur, an sibi factè sint contrarium, ex quo fortes tunc saltant super tympano posito super terram, hinc dico quod acquisita ludo iniusto debent restitui, & ludens ad credentiam non potest consequi *tex. in l. 1. pulcher, & rotundus, C. de Relig. & sumpt. fu. vbi noua constitutio Iustiniani. Coarru. var. resol. de reg. iur. §. 4. num. 8. par. 2. car. 672. & in propos. ludi vi. Cauca. Decis. 34. par. 2. De ludentibus ad primam,*******

DE LIBERO ARBITRIO
MARITI IN VXOREM.

S V M M A R I V M .

De libero arbitrio Mariti in vxorem, & quomodo vir dicitur caput vxoris, & circa quæ subiectio vxoris versatur. & quomodo illa conditionem viri sequitur circa honores, & onera Matrimonij, & quo ad forum.

Qualiter vir, & vxor sint vna caro, eadem persona, & socij humane vite, & Diuinae Domus, & de coniugum vnitatem querenda, & separatione tori fugienda.

De debito coniugali præstando, quomodo, & quando, & quibus diebus abstinendum sit, & negans debitum, an semper peccet, & quod vxor tenetur redire ad primum virum. Qui si fuisset verè mortuus, & resuscitaret, non recuperaret illam, secus quo ad bona.

Vir, & vxor, quando sunt ad imparia iudicandi, & quando non: vbi plures assignantur casus. & quando vir possit, & non possit accusare vxorem, quid econtra, quis grauius in eodem genere peccare dicitur, & quando vir, vel vxor mitius punitur, ac quando sit fauendum vxori, & quando viro.

Maritus potest corrigere vxorem, carcerare, & in vinculis detinere, & qualiter habere dicitur manus iniectio-nem. Quibus de causis, & qualis, ac quanta debeat esse correctio, & quàm sit perniciosum verberibus afficere vxorem, & iurgijs, & malo exemplo illam cruciare, & quid in sponsa nondum carnaliter cognita.

De nimia seuitia damnanda, & qualiter coerceda, & quibus de causis maritus possit dimittere vxorem, & vxor discedere a viro.

De officio Iudicis, & de eius prudentia, & mansuetudine exercenda in casu discordiæ inter coniugatos, & quantum sit fauenda causa matrimonij, & de eius priuilegijs remissiuè.

De alimentis præstandis, vel non præstandis vxori in Domo, vel extra Domum viri, pendente lite, & si licitè fiat separatio Tori, an dos sit restituenda, & si fiat culpa viri, an fructus percipere possit, & de Diuortio ad tempus, vel in perpetuum. Quid de donationibus ante nuptias, & de paraphernalibus, & huiusmodi, ac de lucro Dotis remissiuè: quid si Dos fuit promissa, & non soluta, quid si vxor diues duxit virum inopem, cui non fuit dos promissa.

De Causis Diuortij respectu viri, & de alijs respectu vxoris, præsertim De nimia seuitia, De impedimento naturali, vel accidentali, & De morbo Gallico, de Lepra, de Ethisia, de Podagra, de male olente, de Furore, de Hæresi, de Fornicatione, ac de malis moribus vtriusque, præsertim de Zelotypia.

An Maritus possit recuperare vxorem, quæ discedit ab eo: quid pendente lite, & contradicente illa, & parentibus suis, an manu armata, & per vim: & an pœna raptus, aut violentiæ, vel attentatorum locum habeat, nunquid liceat etiam ex intervallo, Quid si altera partium recursa est ad Principem. Quæ alia remedia competere possunt viro recuperandi vxorem remissiuè.

Qualiter, & quando vxor teneatur sequi virum quocunque ierit, sed quid si vir sit vagabundus, & discolor: quid si rebellis, vel Bannitus.

Et tandem quid remedijs si ambo iugales fuerint pertinaces, & nolint vilo modo reconciliari etiam cum pace Marconi, & quæ sit ista pax Marconi.

282 ¶ Nunc tractandum est de libero arbitrio mariti in vxorem, cuius materia est ampla, & valdè apta ad cõponèdum curiosum tractatum de compatibili, & in A compabili, & vt à potentiore parte exordiar, vt in Proem. Instit. in princ. Sciendum est, quod Maritus

dicitur caput vxoris sue, sicut ipsa dicitur esse caput, & finis familiæ suæ, de primo est tex. in cap. hæc imago, 33. q. 5. Paul. 2. Cor. c. 7. & ad Ephes. cap. 5. de secundo est tex. in l. pronuntiatio, de verb. sig. ad eò quod vxor est subdita viro suo, quo ad obedientialem reuerentiam, vt latè (vltra omnes) per Tiraq. de leg. connub. l. 1. glos. 13. numero 17. Bald. in l. vnum ex familia, §. vltim. ff. de legatis secundo, & de ijs sunt ferè plenæ Paginæ Sacræ, Canonice, & Ciuiles: & hæc subiectio vxoris erga virum talis esse debet, qualis est illa, quæ Domino debetur, vt Apostol. loc. citat. declarat, ac subiectio subditorum erga Dominos ea esse debet, vt docet idem Apostolus dicens: Subditi obedite Præpositis vestris, non solum bonis, sed etiam discolis, Ad Hebr. cap. 13. Sic congruit vxoribus parere viris suis, non solum bonis, verum etiam discolis, vide rationem 33. quæstio. 5. mulierem. Quam subiectionem declarat Roderic. Suarez, Recept. Sentent. titul. de los Pleitos, sub numero 13. ubi dicit eam versari circa debitum carnis, & quo ad operandum Marito, vt 33. quæstio. 5. cap. quod Deo, vbi Glos. non tamen præcisè, sed causatiuè, vt in habendo curam personæ Mariti, filiorum, ac familiæ Domus suæ, Abb. in cap. litteras, vbi de materia de restituito. spoliator. & facere debet vxor ea omnia, quæ iuxta statum viri, & conditionem fieri decet, Bald. in Authent. ex testamento, col. 6. versic. Decimo, Cod. de collat. videtur se restringere ad operas obsequiales, non autem quo ad industriales, de quorum differentijs tractat Ioan. Lup. in sua Repetit. Rubric. de Donatio. inter virum, & vxorem, columna 82. & per Menoch. de præsumptio. lib. 3. præsumptio. 51. numero 33. & 34. & per Bertach. in Repertor. in verb. vxor debet præstare, vbi plura dicit in hoc proposito. Sed opinio Bartol. potest habere locum in vxoribus Nobilibus, secus in alijs, quæ non sunt nuptæ viro Nobili, vt sunt vxores Artificum, & huiusmodi, nisi Mulier Nobilis valdè duxerit virum non Nobilem, nec diuitem, ita vt ex diuitijs nobiliter vterque viuere possit, & in proposito obedientiæ, & subiectionis scias quod vxor non potest tondere sibi capillos deuotionis gratia, nam inuito viro dicitur excommunicata, si id faciat, secundum Roman. singul. 600. per text. 30. Distinctio. cap. quæcunque, Patri verò licet tondere capillos filiæ nuptæ inhonestæ, Roman. singul. 537.

B Caterum quo ad honores, vxor irradiat, & fulget radijs maritalibus, l. si augustæ, de legat. 2. l. mulier, C. de Dign. lib. 12. & in tantum est verum, quod mulier ignobilis ex persona Viri Nobilis nobilitatem acquirit, & quamuis mulier fuisset bastarda (vt aperte loquar) nihilominus assumit qualitatem Mariti, & efficitur, ac si esset legitima, & naturalis, sicut est vir suus, vt per Hippol. de Marfil. in sing. 401. quia capacitas viri ad vxorem porrigitur, not. Bal. in l. si quis, C. de nat. liber. quem sequitur Dec. in l. femine, sub num. 7. de reg. iur. Vnde quo ad honores, et dignitates, et comoda, et incommoda Matrimonialia, sunt eiusdem iuris, l. secundum naturam, de reg. iur. et plura alia iura alleg. Marfil. sing. 264. secus quo ad delicta, nam pœna sequitur suos Authores, l. fancimus, cum sim. ff. de pœn. quamuis in crimine læsæ Maiestatis secus dicendum esset, nec quo ad onera extra matrimonium uxor incommodum sentiri debet, ut l. 1. §. interdum, ff. de leg. tut. plura alia adducit Dec. in dict. l. secundum naturam, numero 2.

C Et decet maritum honorare vxorem, vt alij præstet exemplum, & quia honor est honorantis, vnde si vir vult honorari per vxorem, honoret illam, vt dicit Tiraq. de leg. connub. d. l. 1. glos. 13. nu. 36. & 39. vbi docet quomodo, & quo honore vxor debeat honorari à viro,

D viro,

viro, alioquin vir spernere diceretur carnes suas, quod est inhumanum. Sunt enim duo in carne vna, vt in cap. 2. & 3. Genes. & in cap. debitum. de Bigam. & dict. cap. hęc imago, 33. quæstio. 5. Capol. consil. crim. in. 5. numero 28. Surd. Decisio. 167. qua de re inter eos coniugium, & laudabile, & honorabile esse debet in Domino, vt admonet Apostolus 2. Corinthi dict. cap. 7. & ad Ephes. cap. 5.

D Hinc est, quod Doctor, vel miles insignitus Cruce, vel dux militum, debent nominare eorum vxores honorificè, & vocare illas Dominas, vt de hac re tractant Doctor. in dict. l. 2. Cod. de Dign. libro 12. Dec. in l. femina, sub numero 7. de regulis iuris, & in Rubric. solut. matrimonij. quod (circumscrip- ta locorum consuetudine) facit contra illos homines malè quidem morigeratos, qui vocant vxores suas in secundam personam, per tu: ac si essent eorum vi- * les Ancilla, & pedissequæ, & facit Menoch. de arbit. Iudic. Cas. 501. in no. Addit. Nam vxor nedum est vna Caro cum viro suo, sed etiam fit vna, & eadem persona, quo ad vinculum matrimonij, quo ad mutuam dilectionem, & honorem, & quo ad bona, & onera matrimonij, & quo ad forum, vt infra dicitur.

E Qua de re quo ad debitum reddendum vir, & vxor non sunt ad imparia iudicandi, cap. gaudemus, de Diuort. cap. apud nos, 32. quæstio. 4. vnde Apost. ad Ephes. cap. 5. admonet vt vnusque coniuges, ne tempore congruo debitum mutuum denegetur, vt etiam in 1. Corinth. cap. 14. recolat vt omnia inter eos honestè, & secundum ordinem fiant, quæ verba summopere notanda sunt contra illos nefandissimos, qui contra ordinem naturæ, & contra præcepta Dei præpostera vtuntur libidine, contra quos est comminata pena ignis, est text. in l. si qua mulier, vbi Dec. numero 9. C. de secund. nupt. quod quidem crimen est abhominabile apud Deum, & homines, text. in l. cum vir nubit in feminam, C. de Adulter. & in Authent. vt non luxur. contr. natur. Et idè licitè, & honestè vxori vir debitum reddet, similiter autem vxor viro suo. Apostol. 1. Corinth. cap. 14. & 2. Corinth. d. cap. 7. Couarru. Epit. in 4. Decret. in 2. par. cap. 7. §. 2. ver. postremò, quod si alter alteri debitum coniugale, sine legitima causa negat, mortaliter peccat, S. Tho. in sua summa, in verb. debitum, & in 4. Distinct. 32.

F Vnde die qua sponsi recipiunt benedictionem matrimoniale debent abstinere à consummatione matrimonij, vt per Mathefil. singul. 74. numero 19. per text. in cap. sponsus, 23. Distinct. Exemplo Tobie qui Saram eius vxorem per tres noctes ante, & post, contractum matrimonium, abstinuit à copula carnali (quamuis in eodem cubili dormierunt) sed ambò in orationibus pernoctarunt, alij verò viri, quos numero septem Sara per prius habuerat, obierunt, quia illam duxerunt non ad eum finem, per quem matrimonium fuit institutum, sed duntaxat ad expletionem libidinis, qua de re nec filios viri illi habuerunt, minusque cum Sara coniungi potuerunt, sed permissu Dei illi viri à Dæmone appellato (vt fertur) Asmodeo passim necabantur, vt in Sacris Pag. & libr. Flos Sanctorum, vbi de Angelo Raphael tractatur. Quinimò per duos menses post contractum matrimonium expectare deberent, antequam copula carnali coniungerentur: propter tria, vt ait S. Thom. in Summa, in verb. Debitum, & in verb. vxor. primò, vt vterque coniugum deliberare possit de transitu ad Religionem. Secundò, vt præparentur necessaria ad solemnitatem Nuptiarum. Tertio, ne inutile habeat maritus datam, quam non suspirauit dilatam, quorum tritum etiam memoriam facit Roder. Suarez, Recept. Senten. d. tit. de los Pleitos, sub num. 15.

G Præterea omninò abstinendum est à reddendo, & petendo debito quibusdam alijs diebus. (licet qui petit peccat, & reddens peccatus non peccat) secundum Theologos, vt in die qua sumitur Sacrosancta Eucharistia, 33. q. 3. sciatis, & datur consilium abstinendi per tres dies antè, & per tres dies post, ne fiat deuotionis relaxatio, sed Diuinis officijs, & orationibus tota mente incumbi, & vacari possit. Paul. 2. ad Corinth. dict. cap. 7. Et hac de Causa Diebus Festi solemnibus Dei, & Matris sue, ac Sanctorum de Præcepto, ac Diebus Ieiuniorum Quattuor Temporum, & Quadragesimalibus abstinendum est, sicut etiam Diebus Rogationum, vt 33. quæst. 4. per tot. vbi multa sunt capta: & etiam in Aduentu, vt dicit S. Ambr. in sermo. De Aduentu. Fratres non solum debetis non solum ab omni immunditia abstinere, sed etiam ab vxoribus proprijs studiosissime continetis, Nam etiam à licitis abstinere oportet, vt facilius impetrari possit, quod postulatur, 33. quæstio. 4. Christianæ, & ibidem in cap. oportet, & cap. Capellanus, extra de Ferijs, S. Thom. in Sum. dict. verb. Debitum, versic. vt rum peccent, num. 6. per tot. vbi dicit quod propter incontinentiæ periculum sine contemptu talium dierum, in hoc casu coniunctio non esset peccatum mortale, sed veniale. Item tempore, quo vxor est prægnans, abstinere debent: ob imminens periculum, ne sequatur abortus. S. Thom. vbi supra, num. 8. & 33. quæst. 4. fratres. Similiter tempore menstrui, ne concipiatur partus leprosus, & caducus, vt 4. Distinct. 32. & vbi supra, num. 9. & (vt dictum est) qui assentit petenti in dictis diebus non peccat, sed ille qui petit, secundum glos. 33. quæst. 4. fratres, 31. Distinct. quoniam, & 32. quæst. 4. in Sum. cap. penult. & cap. quos Deus, sed in ijs, in quibus imminet materia peccati, semper consulendi sunt Theolog. ne libertas, & stimulus carnis nos præuaricare faciat.

H Debitum verò coniugale ob duplicem effectum redditur primò, & principaliter ob creandam prolem, vt in Genes. Crescite, & multiplicamini, &c. Secundò ad euitandam fornicationem. Paul. 1. Cor. ibi propter fornicationem vnusquisque habeat suam vxorem, & vnaquæque suum virum. Vfus namque matrimonij, non tantum est in officio, sed etiam in remedium, vt ait S. Thom. in sua Sum. dict. ver. Debitum, sub num. 8. & pulchrè in propos. per Borgn. Cauca. fratrem meum hon. in Decisio. 18. sub numero 6. par. 2. omninò vide Tiraquel. de leg. connub. glos. 2. num. 65. Hinc est, quod etsi vxor sit sterilis, aut semen viri impotens ad generandum (non dico fenium) quia dicit Hippocrat. in Aphorif. quod fenēs facilius concipiunt, quia rarè coeunt) non est prohibita inter steriles copula carnalis pro euitanda fornicatione, & vt matrimonium conseruetur, & quandoque per gratiam Dei, qua prius erat sterilis effecta fuit secunda. Vt Qui habitare facit sterilem in Domo: Matrem filiorum latantem, Dauid Psalm. 112. Veruntamen de ijs coniugatis Apostol. 2. Corinth. dict. cap. 7. ait, Tribulationem carnis habebunt, & hæc de Debito coniugali quo ad copulam matrimoniale dicta sufficiant.

I Et quod vxor ob qualitates viri mutetur in eius personam, non solum est verum, quo ad honores, sed etiam quo ad forum, nam vxor sequitur forum viri, & Domicilium, l. cum quædam, & ibi not. Doct. ff. de iurisdictione omnium iudicum, & fit etiam Ciuis eiusdem Ciuitatis, cuius est vir, glo. in l. Ciuis, vbi Bart. & Angel. C. de Incol. lib. 10. ac eandem viri originem ingreditur, glo. in l. origine, C. de municip. orig. lib. 10. alia multa scribit Tiraquel. de leg. connub. l. 1. sub num. 29. 30. & seq. & vide in versic. Quinimò vxor, lit. R, & Dec. in d. l. femina, de reg. iur. per tot.

K Unitas uerò conjugatorum, non ex opere humano progreditur, sed dualitas. Nam unitas superius, dualitas inferius: fit enim hæc unitas à ui sacramenti conjugalis, ut per Tiraq. d.l. 1. num. 29. & sic uirtute Diuina, quæ dualitatem duarum personarum, scilicet Maris, & feminae in vnâ carnem, & in eadem personam coniungit, ut supra, ex quo Colligitur primò, quàm bonum, & quàm iucundum sit habitare fratres in unum, Psal. 127. Et in terris nulla maior felicitas, quàm inter uirum, & uxorem; Patrem, & filium; fratrem, & fratrem, concordia uera, & non ficta, ut ad

* huc propos. plura ex Arist. & Homer. adducit Tiraq. de leg. connub. gl. 5. sub num. 18. Secundò colligitur, quàm malè, ac perperam faciunt homines quando ingerunt se in hoc binario conjugatorum numero, cum ultra duos committi dicatur adulterium: unde si duo, ergo non tres, 3 l. q. 1. quomodo. Et idèd prohibitum est habere duas uxores eodem tempore, & qua pœna trad. D. Caball. Cal. crim. 98. per tot. & qui dum habet primam, accipit secundam, est infamis, & secundum matrimonium nullum ipso iure, & factò, leum qui duas, C. de adult. & qui aliter facit, censetur hereticus, quasi non rectè sentiens de sacramento matrimonij, ut per Dominic. & Franc. in cap. accusatus, §. sanè, de Hæret. lib. 6. uide Couar. in 4. Decretal. Epit. 2. par. cap. 7. §. 6. num. 13. ubi nec etiam licet aliam uxorem ducere tori separatione facta, dum uiuit uxor, quia adhuc manet matrimonium, 3 2. q. 1. cap. 2. Qua de re, nec uxor ob longam uiri absentiam (quem mortuum fuisse credit) potest sine peccato alium uirum ducere, sed est expectandus reditus primi uiri, uel uera mortis certitudo, Couar. ubi supra, §. 3. num. 1. 2. & 3. quibus in locis causam redit cur antè Aduentum Christi D. N. licuit plures habere uxores, & quare Clerici uxores habebant, traditur per Abb. ac alios Cano. in Rubr. & tot. tit. de Cleric. coniugat. in 3. Decretal. Colligitur tertio, quàm iniquè, ac peruersè agunt illi,

* qui satagunt, ut uir, & uxor separentur, quippe qui dicuntur præuaricatores diuinarum, atque humanarum legum, cap. quos Deus, 32. q. 2. & l. 1. C. de Repud. non enim desunt qui, uel ne dotè promissam soluant, ne uel filia ab oculis parentum euanescat, uel propter aliud latens interesse procurant separare coniuges, quorum finis interitus, 29. q. 2. c. fi. & 32. q. 5. præceptum.

L Dicuntur pariter uir, & uxor socij humanæ uitæ, ac Diuinæ Domus, unde Adam, & Eua olim socij in Paradiso terrestri: nunc uerò socij in Paradiso celesti, quando reprehensus fuit Adam propter transgressionem suam, reiecit culpam in Euam, dicēs Mulier, quam mihi sociam dedisti, peccare me fecit, ut in Genes. c. 3. & de iure communi societas tacitè contrahitur inter uirum, & uxorem: ultra alios per Gugliel. de Bened. in c. Raynutius, fol. 131. de testa. l. aduersus, C. de crim. expil. hæret. Imol. in l. rei iudicata, §. focero, ff. solut. matr. ubi uir lucrum, commodum, & uile tenetur communicare cū uxore, secus quo ad proprietatem, vi. Petr. de Vbald. trac. de duobus frat. par. 3. sub nu. 38. Sat est quod inter uirum, & uxorem omnia cōsentur cōmunia. Tiraq. d. l. 1. gl. 8. nu. 8. Hinc est quod si socio ius competit uindicandi iniuriam socio factā, ut l. solemus, ubi gl. ff. de rei uindic. multò magis uxor agere poterit pro iniuria facta marito, & econtra, l. ut vim, ff. de iust. & iur. dicam in 5. par. sub num. 60.

* Plac. Epit. lib. 1. c. 6. nu. 23. cum seq. nec ualeret pax, aut remissio facta à uiro sine muliere, nec econtra, l. 1. §. filius familias, ff. de iniur. Iacob. de Beluif. pract. d. tit. de iniur. sub num. 31. nisi Maritus obstaret uxori agere uolenti, quia est caput, & ipsa obedire tenetur, ut supra dictum fuit in primo, est tamen prohibita donatio inter uirum, & uxorem, tot. tit. C. de Donat. inter uir. & uxor. ne mutuo, & excessiuo amore spolientur, & ne eorum filij deinde patiantur, & facit ad prædicta Menoc. de pract. lib. 5. præf. 15. num. 13. tandem

* Maritus, & uxor sunt correlatiui, qua de re dispositum in vno, utique censetur dispositum in altero, 32. q. 5. apud nos, ubi gl. l. fin. ff. de accept. l. fin. in princ. C. de indic. uiduit. tollen. Sic honor, laus, & vituperium uiri, est honor, laus, & vituperium uxoris. Sic Maritus adulterando pœna mortis de iure plectendus est, pariter, & uxor, ut tot. tit. C. ad leg. Iul. de Adulter. licet diuerso modo, nam uiri decapitabantur, uxores uerò lapidabantur, Io. cap. 8. & de pluribus pœnarum speciebus, uide Clar. d. §. adulterium, uersic. sed quarto, & ibi Baiar. & Decia. eodem tit. Bero. consil. 175.

M In summa ex supradictis omnibus colligitur Regula ista, quod uir, & uxor non sunt ad imparia iudicandi, ut in c. gaudemus, de Diuor. ubi Cano. omnes 32. q. 5. apud nos, & not. gl. 33. q. 6. ecce, & facit tex. 32. q. 1. si quis uxorem. Quæ tamen regula multipliciter fallit, ut no. gl. in d. c. gaudemus, Primo respectu obedientiæ, nam ut supradictum est Maritus est caput, uxor uerò, & subdita, tum propter debicū, tum propter ministerium, ut 3 3. q. 5. c. cum caput, & per gl. 33. q. 5. c. secundum, in uerb. numerus, in fi. Secundò, quia Maritus potest reuocare uotum uxoris, sed nō econtra, c. noluit, 32. q. 5. Tertiò, quia maritus potest accusare uxorem de Adulterio, non econtra l. 1. ubi gl. & Cyn.

* C. de Adult. Quarto, Mulier non potest instituere contra uirum actionem infamatoriam, nec de iniuria cōtra eum agere, sed si malè à uiro tractetur, potest duntaxat cautionem perere de nō offendendo eam, dummodo salua, ac illesâ remaneat fama uiri sui, ut 32. q. 1. de Benedicto, ubi gl. & per Io. And. ad Spec. in tit. de Iniur. Plac. Epit. delict. c. 7. nu. 3. in fi. Alex. & alij in l. diuortio, §. si uir, col. 3. ff. sol. matr. & Rom. sing. 4. Et

* ratio cur de Adulterio mulier non possit accusare uirum, ea assignatur, quia per maritum Torus uolari non potest, ut dicit Ang. in uer. che hai adulterato la mia Donna, sub nu. 25. ubi Aug. nu. 26. & 27. alia ratio est, quia per Adulterium uxoris fit præiudicium proli Mariti, & hæc est omnium melior ratio, Nam mulier adulterando potest concipere filium adulteri, & uiro suo illum succedere, qui putat suum esse filium, & cū proprijs filijs ad successionem uenire indignum, & adulterinum natum, l. mulier, §. defuncto, ff. de Adult. Alias rationes assignat Iac. de Beluif. in sua prac. tit. de lenocin. sub nu. 40. 41. 42. & 43. Tiraq. de leg. connub. l. 1. sub num. 42. ubi ait id procedere de iure ciuili, quo prohibetur uxor accusare Maritum, secus de iure Cano. ut 33. q. 6. c. Christianæ, & Abb. in c. tuæ, de procu. & in c. 1. Not. 2. ut lit. non contest. S. Tho. in 4. Sentē. Dist. 35. in primo, sed non tam facillimè uxori licet, sicut uiro, propter tria, primò, pro uerecundia sua, secundò, pro timore, tertio, quia uir cautius peccat, nec sic de facili deprehenditur, ut ait gl. in d. c. Christianæ,

* 33. quæst. 3. Quintò limitatur, quod etsi de iure cōmuni uxor non ualeat accusare uirum de adulterio, nec agere contra eum criminaliter, ut supra, tamen poterit post litem contestatam de adulterio contra eam, excipere de lenocinio contra uirum, ad effectum saluandi dotem suam, ut per Angel. dict. uer. che hai adulterato la mia Donna, numero 32. Paria enim delicta mutua compensatione tolluntur, l. uiro, atque uxori, ff. solut. matrimon. Couar. dict. Epitom. in 2. par. cap. 7. §. 6. numero 8. Et ad effectum prædictum posset excipere de uitio nephandissimo contra naturam, licet ei solæ non crederetur, tanquam testis in causâ propria, Anguifol. consil. 9. numero 4. volum. 5. Bursat. consil. 218. num. 10. vol. 2. Crauet. consil. 41. Castr. consil. 348. vol. 1. & uide Iacob. de Beluif. in princ. pract. tit. de lenoc. numero 38. ubi docet qualiter mulier per uiam querelæ potest consequi dotem, & donationem propter nuptias. Vltimò posset etiam uxor querelare uirum ad effectum obtinendi separationem tori, non principaliter, ut uir puniretur propter fornicationem, secundum

Soc. Iun. confil. 32. vol. 2. & Bursat. d. conf. 218. vol. 2. attenditur enim quod principaliter fit, non autē quod in consequentiam venit, vt l. 1. ff. de auth. tut. l. si quis nec dicam, ff. si cer. pet. & sic videtur posse interpretari, tex. in d. cap. Christiana, 33. q. 6.

N Sexto limita, quia multi sunt casus, in quibus vxor non potest accusari à viro propter adulterium, quorū septem not. glos. 33. q. 6. cap. ecce, sed dico primò si vir vtiq; de fornicatione conuincatur, 32. q. 6. & cap. si significasti, extra de diuor. secundò si vir vxorem prostituet, c. discretione, extra de eo. qui cogn. cōsang. vxor. suæ. Nam hoc in casu Maritus dicitur committere lenocinium adulterio peius vendendo carnes suas, l. mercales, C. de condict. ob turp. caus. Iacob. de Beluif. d. pract. tit. de lenoc. & Decia. vbi supra: tertio si vir vxorem adulteram dissimulat, cap. tacens, de regulis iuris, in 6. & Spec. de iur. post princ. §. causas autem, in Auth. vt lic. matr. & auix: nam vir efficitur socius criminis, Bald. in l. quicumque, col. penult. num. 23. C. de seru. fugit: quarto si vxorem de adulterio condemnatam vir scienter receperit, l. 2. §. 1. ff. ad legem Iuliam, de adulter. l. mariti, C. eodem, dissimulatione enim fit remissio, & desistentia, vt alias dicam: quinto cum vxor verisimiliter credidit maritum suū esse defunctum, & alium virum in bona fide duxit, non potest à viro primo molestari, sed ad eum vxor reddere tenetur, Angel. de Malefic. in verb. impedimentum, numero 4. Surd. Decisio. 122. sub numero 18. cum sequent. in mō vxor post reuersionem primi stans adhuc cum secundo viro, tenetur ipsa crimine lenocinij, 32. quæstio. 2. cap. bellicam, Iacob. de Beluif. dict. pract. & tit. de lenocin. numero 22. & hic obiter dico, quod si vir vxorem adulteram accusauit, & pendente iudicio iuit ferē desperatus in Regionem longinquam, & vxor putans post quinque annos illum esse mortuum, alium virum duxerit, & demum primus vir redierit, quod si ad illum primum non redibit, sed cum secundo stare maluerit, non poterit vxor excipere contra virum de lenocinio, pro separatione tori, & pro saluanda eius dote, vt supra in quinta limitatione, quoniam paria delicta mutua compensatione tolluntur, vt dict. l. viro, atque vxori, ff. solut. matrimon. cum

* simil. & vide, quæ infra dicam, numero 307. p. 5. At si primus Maritus verē mortuus fuisset, & refuscitaret, tunc non recuperaret vxorem, quia à priuatione ad habitum non datur regressus, l. decem, de verborum obligation. l. manumissiones, de iustitia, & iure, l. qui res, §. qui aream, ff. de solutio. l. post diem, ff. de leg. commissor. Sed bona tantum recuperaret, non vxoris, sed sua, vt concludunt Scribent. in l. si marito, ff. solut. matrimon. & in l. 1. ff. de capt. & postli. reuer. Cano. in cap. fraternitatis, de frig. & malef. & in propos. vide quæ dicam in nouissima par. 6. sub num. 661. cum seq.

O Septimò vir non accusat vxorem, si ipsa fuit latenter, & fraudolenter cognita ab eo, qui finxit esse virum suum, vt 34. quæstio. 9. cap. in lectum, verum hoc per rarò, aut nunquam accidisse realiter existimo, quoniam cum propria vxore, & cum proprio viro non est vtendum in obscuro, & vxor vsque ad odorem flatus solet cognoscere virum, nihilominus aliqua non decepta, asseruere fuisse deceptas, cuius fides est arbitraria iudici non ignaro. Octauò non potest vxor accusari, quando per vim cognita fuisset, vt legitur de Lucretia Romana, stuprata à Tarquinio Superbo: nam errans, & vi compulsa non dicitur consentire, l. non videtur, cum simil. de reg. iur. Sed uoluntas quamuis coacta, etiam uoluntas dicitur, l. si mulier, §. si metu, ff. quod met. cau. Iacob. de Beluif. pract. tit. de lenoc. num. 13. & sic hic casus assimilatur præcedenti. Nonò accusari non potest, si maritus dedit ei occasionem cornua faciendi, c. discretioni, extra de eo qui cō

sang. cogno. uxor. suæ. Decimò si antè baptismum fuerit adulterata, c. gaudemus, extra de Diuor. ui. Cauca. Decis. 21. p. 2. nam aliquādo Christianus duxit Infidelem, & quid agendum sit hoc in casu, docet S. Paul. 2. Cor. c. 7. ubi dicit, Si quis frater habet uxorem Infidelem, & hic consentit habitare cum illa, nō dimittat uirum, & econtra, circa quæ ui. 28. q. 1. ubi glo. non limitat, quæ in fi. tenet quod hodie aliter seruat, ut in c. quanto, extra de Diuor. & consulere Theologos Sactæ Rom. Eccles. cui me semper remitto, in conuertēdo etiam cum excommunicatis, ut à peccato, & uinculo liberentur.

P Multisq; alijs modis uir, & uxor ad imparia non iudicantur, præsertim circa officia publica, ut Magistratus, Iudicaturæ tutelarum, attestatumum, & Negotiationū, ac aliarū actionū, quæ sexui fœmineo minime conueniunt, de quibus omnibus latè per Dec. d. l. fœminæ, per tot. de reg. iur. & si aliquibus Regionibus id patiat, hoc in Italia & sub Imperio Romano, olim, non permittebatur, & circa rem hanc vide, quæ dicam infra in 4. par. sub numero 431. & 446. cum sequent. vbi in materia statutorum quando masculinum concipiat fœmininum. Et Regulariter plus creditur viro, quàm fœminæ, vt latè dixi in prac. de test. par. 1. nisi in ijs quæ ad peritiam mulierem spectant, l. semel, C. de re. mil. lib. 2. & quandoque plus puniendæ sunt fœminæ, quàm mares, præsertim circa abusiones, Bal. in l. quicumque, col. 3. C. de ser. fug. At regulariter plus puniuntur uiri, quàm fœminæ, propter sexus fragilitatem, & ingenij imbecillitatem, ac mulierum imperfectionē, Bal. ibi. & in l. facrilegij penam, in princ. ff. ad leg. Iul. pecul. l. quisquis, §. filias, C. ad leg. Iul. Mariest. plura alia adducit Tiraq. de pen. temp. aut remitt. causa. 9. ex quo uir est magis dolosus, sicut omnis Mas magis culposus. hinc leo dicitur plus fœuire in uiros, quàm in fœminas, ut scribit Plin. lib. 8. Histor. natur. & Senec. lib. 3. de Ira, ait inter alia quod sexus fœmineum solet mitigare iram, & fœuitiam leonū. Et ex opinione Sacrorum Theolog. Vir grauius peccare dicitur, quàm fœmina: unde aiunt plus peccasse Adam, quàm Eua, S. Thom. 22. q. 163. artic. ult. idem tenet S. Bonauēt. lib. 2. Sentent. Dist. 22. art. 1. q. 3. Tiraq. quoque de leg. connub. l. 1. sub nu. 85. & sic uir grauius peccat adulterando, quàm uxor respectiue: nam fœminæ aliquāter ratione carēt, & exuberant sensu. Tiraq. de pen. temp. d. caus. 9. nu. 5. Quāuis in d. tract. de leg. connub. uidetur sentire contrarium in d. l. 1. num. 45. sed quando fœminæ nullo modo sint excusandæ, idem trad. d. tract. de pen. temp. Causa. 11. nu. 11. ut in ijs, quæ clam facta sunt, ut not. in l. ult. ff. de Rit. nupt. nam cum arte sit aliquid prohibitum à quouis fiat, non potest dici erratè, & ignoranter factū, & per consequens nō caret dolo, & ideo, nec ætas, nec rusticitas, nec sexus, nec ignorantia transgressorem artificiosum excusant, ut per Tiraq. d. causa 9. nu. 11. hinc est quod delicta per circūstancias magis aggrauantur, ut dicam in 4. par. per tot. & delicta pensatè, uel per insidias magis puniuntur, ut in 4. par.

R Sed ut proprius ad arbitrium uiri in uxorem accedamus, ut est propriè materia nostra, (& si supra dictum sit quod uir, & uxor sunt duo in carne una, & una, atque eadem persona, & socij diuina, atque humanæ uitæ) tamen etiam dictum fuit ante omnia, quod uir est caput uxoris, & uxor subdita uiro, quæ de re si erit inobediens, poterit corrigi, & emendari, ac etiam uerberari, & incarcerari, atque in uinculis detineri, & hæc omnia probantur de correctione, 23. q. 4. c. duo ista, de uerberibus, 33. q. 5. c. hæc imago, de utraque gl. iudicari, in c. sicut, 7. q. 1. sed utrunque cum causa, & moderatè, l. cōsensu, ubi omnes, C. de repud. gl. in c. quemadmodū, & ibi Cano. de iureiur. Abb. in c. transmissa, sub nu. 3. & ibi addit. lit. a, & b, Marf. in prac. §. aggredior, num. 81. Bal. in l. si filius, C. de patria potestate,

potestate, & ita natura ipsa quaecunque animalia docet regi, gubernari, atque moderari feminas, scilicet, à Maribus, vt per plura adduct. à Tiraq. de leg. connub. l. 1. num. 47. cum sequ. Cæp. in l. Marcellus, de verb. signific. Decia. tract. crim. tom. 2. lib. 9. tit. de vxoricid. cap. 11. nu. 14. plures congerit Bonifac. de furt. §. animo faciendi, sub num. 189. & Caualea. quoque in sua magistrali Decif. 18. sub num. 27. par. 2. vbi valdè inuehit contra, & aduersus viros Proteruos, & iniquos, ac inimicos propriæ suæ carnis insæuientes, & insanientes in vxores suas, vt ibi num. 28. & pro quid minimo, ad iurgia, ad contumelias, & verbera, os, & manus iniiciunt, quæ res est vilissima, mos ebriorum Tavernariorum, Blasphemorum, lusorum, & huiusmodi legum Diuinarum, atque humanarum contemptorum. equidem pessimos effectus huiusmodi coëctio, & castigatio parit, vt infra dicam, & sapit magis naturam ferinam, quàm humanam, immò vir taliter tractando vxorem, potest appellari carnifex ipsius, Tiraq. d. l. 1. glos. 8. num. 10. 11. 12. 13. & 14.

S At moderata correctio cum causa non solum non est damnanda, sed summo opere laudanda. Nam hodie loco repudij, & Diuortij, habet locum separatio Torri, de Domo expulsio, & correctio, ac castigatio etiam grauis, quando subiecta materia expostulat, vt in d. Auth. vt lic. Marr. & Aui. §. causas, & §. quia verò, & alia adduct. à Iac. de Beluis. in sua pract. tit. de lenocin. sub numero 16. vbi ait, quod ex omnibus illis causis, in quibus olim de iure veteri quis vxorem poterat repudiare, in omnibus illis permittitur hodie viro vxorem acriter verberare, & de Domo eijcere, & quod si vir vxorem notoriè Adulteram expulit, illa non restituitur ex interdico, vnde vi, nec recuperanda possessionis, Couarr. epit. in 2. par. cap. 7. §. 5. numero 9. nam spoliatus sua culpa, & suo facto, non restituitur, vt per Menoch. de Recuper. possess. Remed. 1. num. 298. & per iura ibi per eum alleg. Nimirum si etiam viro conceditur quod ex causa valeat incarcerare vxorem, vt per Boer. d. Decif. 275. num. 2. etiam si aliàs esset Zelotypus data Zelotypiæ causa ab vxore, Iodoch. in sua pract. crim. cap. 64. fol. 156. cap. damn. de reg. iur. Quinimò, & in vinculis detinere, vt in cap. quemadmodum, vbi Fely. & Abb. cum glo. de iureiuran. & in cap. transmissa, vbi Addit. lit. D. Franc. Marc. Decif. 762. numero 6. par. 2. vbi propter Adulterium. Non dico etiam torquere ad parefaciendum Adulterium, vt audiui aliàs factum fuisse Mantuæ à quodam Zelotypo, qui vxorem sub eculeo ligari fecit, vt sibi diceret an, & cum quo fornicata esset, res quidem risu digna, nec tanquam somnium recensetur, quia res ita se habuit. Nam licet maritus habeat manus iniectioem in vxorem, l. si cum patronus, ff. de oper. liber. Bart. & Bald. cum alijs in l. vnica, C. de Rapt. virg. tamen non habet auctoritatem ius dicendi in causa propria, l. qui iurisdictioni, ff. de iurisdictione omnium Iudicum, & tot. tit. C. ne quis in sua causa iudicet. non obstat tex. cum Glof. in verb. iudicari, in cap. sicut, 7. quæstio. 1. quoniam procedit, quo ad illam auctoritatem familiarem, quam habet Dominus Domus erga familiam suam, & vxor dicitur de familia, vt Glof. ipsa declarat alleg. cap. hæc imago, 33. q. 5. Sed torturam inferre est meri Imperij, vt dicam in 3. par. huius tract. sub nu. 137. sed tale imperium iurisdictionale non est penes Maritum, sed coniugale tantum, vt in d. c. sicut, 7. q. 1. & qui sine

T auctoritate Principis aliquem torquet, tenetur pœna capitali, vt per Doct. in l. nemo carcerem, C. de exact. tribut. lib. 10. vide ver. seq. lit. V. Qua de re liberum arbitrium in vxorem extenditur circa ea, quæ ad curam, & honestatem Domus, & familiæ spectant, & debet esse regulatum à rationis dictamine, non autem à Zelotypiæ furore, quæ facit quandoque homines, & insanire, & more Bestiarum insanire, ad hæc Alciat

de præsumpt. Reg. 1. præsumpt. 3. nu. 3. licet Maritus tali martyrio, tali frenesia percitus esset aliquid ex excusandus, ad instar frenetici per Clar. q. 60. vers. item quæro, & arg. l. infans, ff. ad leg. Corn. de ficar. vi. Roman. consil. 451. Bal. consil. 6. vol. 5. Bolog. consil. 9 nu. 85. Put. de fin. d. in verb. tortura, cap. 3. vbi quando licet torturam mulieri ob adulterium inferre.

Sæpè enim sunt adèò timidi, & puidi, quod de vxoribus, præsertim pulchris dubitant, & vetant etiam honestas, & publicas recreationes, vnde sequitur illud Ouid. in 3. Amoris.

Nimirum in vetitum, semper cupimus, quæ negata.

Et ille vulgaris, sed celebris Poeta noster recolit memoriam amico suo Annibali in illa eleganti Satyra; quod aduertat ne prohibeat publicas charolas, seu choreas, ne prius in occulto sequatur: sed raro conuiuare Cato ait, & qui nimis scrupulosus erit, incidet facillimè in eam foueam, quam euitare imprudenter curauit, & ob Zelotypiam Lauinia virum occidit suum, sic de Lucilla, et de Semiramis legitur, ac de alijs refert Valer. Max. vt recèset etiam Decia. in propos. d. tract. crim. tom. 2. lib. 9. tit. de vxoricid. cap. 11. num. 12. & 13. alia multa per Tiraqu. de leg. connub. glos. 13. num. 28. & glos. 16. per tot.

V Igitur admonentur Mariti, vt cautè, & prudenter procedant, ne malo eorum exemplo iritent mulieres. Sed cum causa legitima concedant, negent, permittant, & vetent, corrigant, & moderatè castigant. Nam hoc modo licet eis auctoritatem, & superioritatem in vxore exercere: etiam quod coacti à Iudice cautionem præstitissent de eam non offendendo, vt per Abb. in dict. cap. quemadmodum, de iniur. Paris. consil. 54. num. 34. vol. 4. & per Baiard. ad Clar. plures allegantem, q. 56. nu. 13. Quia vxor contra Maritum non valet calcitrare. Maritus qui pèpè qui dicitur etiam stimulus carnis, sicut vxor, vt supra in ver. Debitum verò, verè tamen ambò tribulationem carnis habebunt, vt ait Apost. 2. Cor. c. 7. Et quod dictum est de Marito circa manus iniectioem, non procedit in sponso versus sponsam nõdum cognitam, Nã inter eos sine copula non cadit quasi possessio ad trad. per Bal. in l. 1. num. 7. C. de rapt. virg. & ibi sub nu. 24. sequitur Saly. & vxor antè copulam non dicitur propriè vxor, intellige per verba de futuro, vt declarat gl. in cap. si quis, 27. q. 2. & facit Mathes. sing. 74. num. 5. & inter simplices sponfos non est tale vinculum coniugale, quale est inter coniugatos, & copulatos, Bal. in l. Deo nobis, numero 6. in fin. Cod. de Episc. & Cler. Non obstat quod nuptias consensus, & non concubitus facit l. nuptias, de regul. iur. & cap. non enim, 32. quæstio. 16. Nam aliud est quod matrimonium solo consensu perficiatur sine copula, aliud quod sponfus non sit in quasi possessione, sicut est maritus corrigendi, & castigandi vxorem, Nam sponfus circa carnem quo ad exteriora non dicitur adeptus possessionem, hanc adhuc copula non secuta, secus quo ad vnionem animi, & ad fidem datam, quia per verba de præsentibus uerè est matrimonium, ut 27. quæstio. 2. cap. si quis, ubi glof. declarat.

X Si uerò Maritus nimium in uxorem insæuerit, tunc vxor legitimam causam habuisse dicitur, si à uiro discesserit, ut per Glof. in cap. literas, de restitutio. spoliator. Nam nimia sæuitia omnibus est prohibita etiam aguzilis triremium, & est Clement. 1. §. quia, not. de stat. Monaco. & Instit. de ijs, qui sunt sui, uel alie. iur. §. ult. quæ nimia sæuitia non solum culpe, sed dolo ascribitur, ut latè dicam in nouiss. 6. par. sub num. 596. cum seq. etenim ob nimiam sæuitiam Dominus dominium serui perdit, l. qui seruum, de uerb. oblig. & Dominus temporalis amittit subiectionem, & iurisdictionem, l. 1. ubi Bart. ff. de ijs, qui uel alien. iur. Similiter, & Iudex ob nimiam sæuitiam repellitur ab officio, Bartol. & alij in loc. mox alleg. &

in l. si. eo. tit. omnis namque, qui alijs preest, & alios subiectos sibi gubernat, dum opus est vii severitate illa non animo sequendi, vel opprimendi subditos, sed medendi, emendandi, & corrigendi gratia, ut debet, ut infra 45. Distinct. cap. disciplina, & 23. quaest. 4. Non odio, sed dilectione, non vi, nec oppressione, sunt regendi subditi, atque corrigendi. Put. de fidei. in verb. crudelitas, cap. 1. num. 1. & 2. Igitur vir tanquam vxoris, & familiae suae gubernator, illam diligere, & gubernare debet, & ita docet Diuus Ambrosius, in Epistol. 82. & iuxta merita, & demerita illius se gerat, arg. l. respiciendum, de pen. l. aut facta. eo. Sed nimia, & excessiva seuitia separatione tori coherenda est, ut in f. dicam.

Y Sed qualis, ac quanta debet esse correctio viri in vxorem, ut cum causa, & moderatè facta esse dicatur, non est præcisè determinatum, plura enim sunt negotia quam vocabula, ideoque iudicis arbitrio relinquatur, ut pulerè Signorol. conf. 63. nu. 2. D. Menoch. de arb. Iud. cas. 364. num. 13. at si maritus stare deberet arbitrio Iudicis, & ab eo oporteret Iudicium, aut consilium habere, prius quam exerceret seuitiam iuxta casus contingentiam, nimis prolixitas noceret, & arbitrium suum restringeretur, & foris scirent homines de viro, ac muliere, quæ cautè, & sub silentio in domo agenda sunt, & ut plurimum mora esset nocitura; ideo post factum stat in arbitrio Iudicis aestimare seuitiam, & arbitrari an Maritus excesserit.

Z Et re vera in concernentibus inter virum, & vxorem, præsertim quando agitur de causa matrimonij, vel separationis tori, talia Iudicanda sunt à Iudicibus Ecclesiasticis, qui verè in huiusmodi Causis sunt iudices competentes, maxime circa causam fornicationis (quæquid sit quo ad alias causas) ut per Dec. consil. 212. Magnifici Domini, per Butr. in cap. plerumque, de donat. inter vir. & vxor. Couarr. d. epitom. super quarto Decret. in 2. par. cap. 7. §. 6. num. 8. & non seruantur leges seculares, ut aduertit Boss. in tit. de Bono. public. sub num. 7. in f. ver. addo, & vers. circa quod. Ideò Maritus in corrigenda vxore debet seruare ius Diuinum, per quod docetur modus faciendi correctionem fraternam, apud S. Matth. cap. 18. & S. Luc. cap. 17. vxorem enim & quilibet sub hoc nomine fraternæ correctionis scienda complectitur. Sic Maritus tribus personis in hoc fungi debet officio; primo, Patris, secundo Fratris, tertio Magistri, seu Iudicis facit Tiraq. de leg. Connub. l. 1. sub num. 13. cum seq.

A Quo ad primum Sacra Scriptura mox allegata in dictis cap. 17. & 18. ab Euangel. docet modum corrigendi vxorem tanquam filiam, ibi si frater tuus peccauerit in te, corripe eum inter te, & ipsum solum, qua de re Maritus bladè ac bonis verbis primo in thalamo sine alicuius scientia debet corrigere vxorem circa ea, in quibus digna est correctio, & dicere ei debet, quod Deus coniunxit eos, ut indiuiduam vitæ consuetudinem tenerent, & quod vxor teneretur relinquere Patrem, & Matrem, & adhaerere viro suo. Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere Populum tuum, & Domum Patris tui. Ps. 44. si correctio inter ipsum maritum, & vxorem solam, non prodest, fiat coram duobus, vel tribus ex proximioribus prudentibus, & morigeratis, nequaquam interessatis, & cum parcho aut confessore spirituali, quia in hoc repræsentabit Maritus fraternitatis gradum. Veni in ortum meum soror, sponsa veni, &c. ut in Cantic. tandem cum hæc non iuuabunt, Dicat vir Ecclesiæ, excuset se cum Patribus spiritualibus, & ad verbera deueniat non acriter, sed primò suauiter aut leuiter: deinde grauet manum, quia virga & Baculus tuus ipsa, me consolata sunt, Dauid Psal. 26. & cum hoc nil proficiat in ea, retineatur, etiam in vinculis propter fornicationem, & tandem ijs omnibus peractis tãquam ethnica, & publicana per viam Iudi-

cis separentur, vi. Fran. Marc. Decis. 514. p. 1. Nec vnquam vir obliuiscatur illorum vers. Poetae Nostri. Ariost. in d. sua Satir.

, Meglio con la man dolce si raffrena,
, Che con sferza il Cavallo, e meglio i Cami,
, Le lusinghe san tuoi, chela Catena.

Nam vxorem verberare vile est, sed occidere ignominiosum. Decia. d. tract. & tit. de vxoricid. cap. 1. num. 14. & 17. alioquin sequetur, vers.

, Semper habet lites, alternaque iurgia lectus.
, In quo nypta iacet, minimum dormitur in illo.

Nam si bonum percussit, melior efficitur: si malus peior fiet, nisi vxor esset de natura, ut nil boni ageret, nisi verbis verbera vir adderet, vnde vers.

, Nux, A sinus, Mulier, simili sunt lege ligati.
, Hæc tria, si cessent verbera, nil faciunt.

Tandem ad instar Chirurghi collirium adhibenti, iuxta qualitatem plagæ, ita Maritus modò verba, modò verbera adijciat. Et extremis morbis extrema remedia adhibenda sunt, ad quod posset allegari. text. in l. Pedius, ff. de incen. ruin. naufr.

B Et quo ad vindicandam iniuriam atrocem, dum vir reperit vxorem in fragranti crimine, sciat quod etsi de iure communi esset excusandus, occidendo adulterum, & adulteram, non tamen in totum excusatur, l. Gracchus, cum concord. de Adulter. Grammat. Decisio. 27. est text. in l. marito, ff. de Adulter. Clar. §. homicidium, §. Dixi etiam, & versic. sed quid dicendum, tamen nisi interuenerint illi Circumstantia, quas ponit Angel. in ver. Che hai adulterato, numero 10. Clar. in dict. versic. sed quid sciendum, nullo modo posset excusari, quæ deducuntur ex l. Patri, ff. de Adulter. primò, quod eodem impetu occidat, secundo quod verè sit vxor: tertio quod repertus sit adulter in Domo viri: quarto, quod fiat in reperto in fragranti crimine: addo quintum, quod contra

utrunque adulterantium furor conuertatur, alioquin si solum contra Adulterum, vxore intacta vir irruerit, non erit excusandus; l. nihil, ff. de Adulter. Angel. de Malefic. in verb. Che hai Adulterato la mia Donna, numero 11. quem omnino ibi vide. Sed de iure Canonico nullo modo est permissum Viro occidere Vxorem etiam in fragranti crimine repertam, 33. quaestio. 2. cap. in hoc, & cap. inter hæc. August. ad Angel. in d. ver. Che hai adulterato la mia Donna, sub numero 4. Tu autem, & alleg. etiam de iur. Ciuil. text. in l. nec in ea, §. fin. ff. de Adulter. & glo. in cap. inter hæc, 33. quaestio. 2. & Respondet ad omnia iura in contrarium, ut est, l. 1. cum Glos. l. Gracchus, de Adulter. l. si quis in graui, §. si maritus, ff. ad Sillanian. etiam in summa tenere videtur, quod siue adulter sit vilis, siue non, non sit licitum viro occidere, nec Patri, nec fratri, adulterantes. Sed quo ad forum fori, Alexand. in consil. 76. Visa inquisitione, sub numero 1. volum. 1. ait quod Maritus non punitur pro homicidio, quia ipse habet ius vindicandi iniuriam, sed extraordinariè, ea ratione, quia excedens modum in vindicando, non tenetur pro toto, sed pro excessu, Bart. in l. adulterium, §. Imperatores, de adulter. Canon. in cap. significasti, de homic. Quicquid dicant alij, ut Bonifac. tract. Malefic. & eius sequaces pessime, ac ignominiosè agunt homines quodis modo interficiendo vxores: quoniam peccant grauius, ut in cap. admonere, & in cap. inter hæc, 33. quaestio. 2. August. ad Angel. dict. ver. numero 7. & peccatum contra ipsos est semper, Faber in dict. l. Gracchus, vbi ceteri de Adulter. & vide Tiraq. de leg. connub. glo. 9. numero 4. glof. 13. numero 15. cum seq. & sæpè visum est abire in malam Crucem, qui in Matrem, aut vxorem manus sanguinolentas intulerunt, & occiderunt, & res, & honorem, & totam Domum cum ipsis occisoribus ire in ruinam, adhuc funt exempla de recentibus, quàm plurima Romæ, Neapoli, Genuæ, & alibi,

nec placet adire Iudicem pro causa adulterij, ne vita cum fama in discrimine ponatur ob difficultatem probandi, sed clausa in thalamo, & in vinculis detineatur.

C Causæ verò ex quibus licet corrigere, & castigare vxorem multæ sunt; prima, & principalis est lasciuia, & fornicatio; secunda continue, & assidue voluptatibus, ludis, & choreis operam dare; tertia negligentia, & nullam penitus curam habere de viro, de filijs, & de Domo; quarta crapula, & ebriositas omnium malorum radix, Abb. in cap. crapula, de vita, & honestate Clericorum, & sunt peccata mortalia, §. alias ea demum, 10. distinct. quinta quando est nimium garrula, & pertinax, & vult imperare supra virum; sexta, quando est agra, pigra, somnolenta, & inutilis; octaua, quando est superba, & incorrigibilis, vt de omnibus apud Tiraquel. de leg. connub. dict. l. 1. per tot. & prædicta non habent opus allegationibus, & infra suis locis dicemus. Quibus ex causis vxor à viro separari possit, & quibus ex causis licet vxori discedere à viro, & viro dimittere vxorem.

D Verum, quia vt plurimum magis queruntur in coniugijs contrahendis ea, quæ ad sensum spectant, & hæc fragilia, quam ea quæ ad pacem, & concordiam pertinent, licet firma, & perpetua sint, & nil curatur de æqualitate inter eos, nec habet locum illud salubre consilium **N V B E P A R I**, vt 33. quæstio. 5. cap. 17. Nimirum, si sensu satisfacto, tunc amaritudines oriuntur inter coniuges, vel ob dotem promissam, & non datam, vel ob prauos aliquos mores, vel quia non reperitur totum esse aurum, quod iam perfulgebat, vel non sunt paræ conditionis, & qualitatis, & sic de similibus.

E Ideò sæpè vxores confugiunt ad Dòmum Parentum: viri maledicunt mediatores, & hic incipit tractatus de compatibili, & incompatibili. Res quidem, cui non tangit risu digna. Et habito colloquio ad Iudicem itur, siue Ecclesiasticum, siue secularè, coram quo narrantur Maria, & Montes, & vt sententiam meam proferam, non sunt audiendæ huiusmodi nuges, vltra quod vxor de iure non potest audiri, nisi prius petita venia, secundum Alexand. Dec. & alios in l. generaliter, ff. de in ius vocan. Tiraquel. dict. l. 1. numero 42.

F Iudices non debent esse faciles ad credendum vxoribus, & quandoque simulare prudentia est, & in dubio primo vxorum impetui obuiam ire debent, nam tanquam Pesti, quæ igne & ferro statim curatur, vt apud Rip. tract. de Remed. contr. pestem, ita & in causa Discordiæ inter virum, & vxorem. Quæ de re Practica docet magis quam Theorica, quod si vxor doleat de malis verbis viri, statim remittatur ad eum: si de factis, aut sunt leuia, vt Alapa, & similia, similiter remittatur, hic aduertat vir ne calce vxorem pugnans percutiat, quoniam pœnam non euadet condignam. Menoch. de arb. cas. 357. Viui. Decif. 82. p. 1. Signorol. cons. 63. Si autem ob aliquam ex infra dicendis causis (quibus licita est separatio tori) tunc examinetur causa. Nam si de nimia vini feuitia de qua signa non appareant, tunc pro viro iudicandum est, quia habet præsumptionem pro se, vt cum causa, & animo corrigendi fecerit, l. meritò, ff. pro soc. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 15. idem de arbit. cas. 364. numero 8. Si signum leue appareat, id in consideratione non habetur, vt de modica scissura, aut de vulnuscule dixi in 6. par. numero 373. seq. Sed absque processu iudex curabit, vt iugales statim reconcilietur, ne rancor inter vtranque partem annidet, cum monitione, & præcepto in faciem viri, ne sub certa pœna, & sub vinculo Iuramenti, ac etiam sub pœna excommunicationis infrenat in vxorem, iux. l. præfenti, C. de ijs qui ad Eccles. confug. cap. primo, vt lit. non cont. & cap. metuentes. 17. quæst. 4. At si feuitia

virii erit nimis excessiua, tunc cautio debet esse vestita fideiussore, vel pignoribus. 32. quæst. 1. cap. de Benedicto, in glo. sub cautela. Matf. sing. 69. Si vero adhuc feuitia viri non cessabit, vt nulla cautio videatur sufficere, tunc vxor non est ei reddenda, sed alicui honestæ matronæ committenda, vt in cap. transmissa, extra, de restitut. spol. Nam satisfactio propositum male uolum non mutat, §. vlt. institut. de suspic. tur. & sic fiet separatio Tori, donec Maritus ad meliorem frugem redeat. S. Thom. in 4. Distinct. 29. idem in sum. in verb. matrimonium ver. vtrum propter aliud crimen, num. 20. & vi. glo. in d. cap. de Benedicto. 32. quæst. 1. supra allegat. O. fasc. Decif. 124. Cessante verò nimia feuitia Iudex cogere debet vtrunque coniugum ad simul cohabitandam, trad. Cano. in d. cap. literas, de restitut. spol.

G Quando autem Vxor condoleret, quod vir denegat ei præstare alimenta, tunc si Iudex videat vxorem esse crassam, & boni coloris, non credat, remittat statim: nam nulla melior probatio, quam oculorum inspectio, Mascard. de probatio. quæstio. 8. per tot. vnde Versus.

*Segnius irritant animos demissa per aures,
Quam quæ sunt oculis commissa fidelibus.*

At si vxor macilenta apparet, & vox populi male audiat de Marito, tunc est cogendus in Domo, vel extra Dòmum alimentare vxorem, iuxta viri conditionem, & redditus facultatum, Raphael. Cuman. in l. si cum dotem, & ibi Scrib. ff. solut. matrim. Alexand. in l. si donaturus, ff. de conduct. ob caus. Guid. Pap. Decifio. 439. Borg. Caualea. in suo nouiff. Repert. in verb. alimenta, idem Decifio. 21. in 4. par. vbi late. Immo pendente Iudicio intentato de Adulterio contra vxorem, maritus tenetur eam alimentare, Bald. in consil. 176. Cæcilia recessit, vol. 1. Paris. consil. 54. assertæ sententiæ, vol. 4. Surd. tract. suo de Aliment. quæst. 118. nu. 3. 5. & 6. tit. primo char. 166. Qui enim negat alimenta, necari dicitur, l. vel necare, de liber. agnoscen. Tiraq. de pen. temp. Caus. 64. num. 66. 67. & 68. Imol. in l. si maritus, ff. solut. matrim. Menoch. de arb. cas. 105. in no. addit. num. 20. cum seq. Nemo viuit, vt Lupus vento, not. in l. fin. in fin. C. de alim. pupill. præst.

***** Item quando vir est discolus, rixosus, & inquietus, tenetur alere vxorem extra Dòmum, l. 1. C. de leg. Sed si vxor sciebat, sibi imputet, cap. damnum, de reg. iur. in 6. not. glo. in d. cap. vnaquæque, 13. quæst. 2. vnde bene ei dicitur, patere legem, quam ipsa tuleris, cap. cum omnes, cir. si. de constitutio. similiter & viro imputandum est, si sciebat vxorem pauperem, vel sine dote eam duxit. Surd. Decif. 197. numero 11. quo casu non potest ei alimenta negare, quando viro debita obsequia præstat, Abb. in cons. 39. num. 14. vol. 2. vbi ait maritum alere vxorem non propter dotem, sed propter obsequia, & Surd. d. tract. de alim. tit. primo, quæst. 83. vbi Alleg. Abb. Cin. & alios ad hunc propositum, nisi mulier eum posset soluere dotem, nolet, quia licite denegantur alimenta, l. fin. vbi Doct. C. de Repud. Boer. Decif. 12. numero 4. Guid. Pap. dict. Decif. 349. & ibi Add. idem si dos non fuisset promissa, sed vxor esset diues, & vir quasi pauper respectu vxoris. Boer. Decif. 22. nam si esset pauper absolute, frustra quæreretur de Alimentis, cum nemo possit dare, quod non habet, l. impossibilium, de reg. iur. imò vxor cogeret virum inopem alere, Spec. in tit. filij, qui sint legitimi, ver. quid si mulier, numero 40. Bart. in tract. de aliment. numero 49. Surd. eodem tract. tit. 1. quæstio. 35. numero 6. quæstio. 38. numero 7. Similiter si vir vtatur nimia feuitia contra vxorem, tenebitur alimentare extra Dòmum. Cyn. & Dyn. in l. quod vxorem, C. de negot. gest. Guid. Pap. dict. Decifio. 349. numero 6. pulchrè Surd. dict. tract. tit. 1. quæstio. 32. per tot.

H Nihil

H Nihilominus sunt multi casus, in quibus vir non tenetur alere vxorem, primo pendente lite per eam intentata de fornicatione contra maritum. Afflict. Decif. 10. Boer. Decif. 325. numero 2. Caphal. confil. 127. numero 6. Ioseph. Ludo. Decif. Perus. 46. numero 4. Amplia etiam si vir ipse fuisset accusator, & notorie constaret, de impudicitia vxoris adultera. Federic. de Sen. confil. 176. Boss. confil. 24. nu. mer. 9. & 10. nisi vxor aliunde alimenta habere non posset, quia tunc maritus in subsidium teneretur per ea, quae supra dicta sunt, versic. Qui enim negat alimenta. Ampliatur quoque si vxor Adultera ob timorem discessit à viro, vt per Baiar. ad Clar. in §. Adulterium, numero 93. Bald. Nouell. tract. de Dot. par. 7. priuil. 11. numero 8. similiter quando sine vlla causa vxor discessit à viro, & vellet habitare seorsum, nam vt dictum est, cogitur velit, nolit, cohabitare cum viro suo, & simul, & non seorsum, & illi cooperari. Cauca. Decif. 8. numero 52. par. 3. Surd. d. tract. tit. 6. quaest. 10. numero 5. & alibi, multisque alijs modis vxor percipere, & non percipere potest alimenta. De quibus latè per Surd. loc. cit. & per tot. illum tract. de Aliment. nimis à proposita materia dilatarer, si hoc mare magnum pertransire vellem.

I Quo verò ad Dotem, si separatio Tori fiat ad tempus, donec causa cesset, quam cessare speratur, vt infra dicitur, tunc dos non restituitur: at si fiat separatio tori ob perpetuum impedimentum, tunc dos est restituenda, vt pulchrè ac magistraliter scripsit D. Borgn. Cauca. Decif. 18. sub numero 25. & per tot. par. 2. & declarat in Decifio. 21. par. 4. vbi in hoc propos. nil melius eo inueniri potest, quo fit quod si dos restituatur, non sit vterius tractandum de alimentis, & apud Cauca. in summa inuenies, quod Dominium dotis in primo Casu remanebit penès virum, & semper hoc verum erit, quando Matrimonium est validum, fructus verò dotis debent deferuire pro vxore, & filijs tantum, quando separatio fit propter scuitiam, vel adulterium, aut concubinatum viri, & non vxoris, vt in d. Decifio. 21. sub numero 14. par. 4. & ibi numero 15. 16. 17. cum sequ. & quid quo ad localia, vestes paraphernalia, & alia ornamenta pulchrè explicat, in dict. Decifio. 18. par. 2. Et quo ad Donationem ante nuptias, etiam Franc. Decifio. 244. vol. 2. vi. Butrig. in suo tract. de Dot. vbi videtur facere differentiam inter Diuortium, & Diuortium, & quibus casibus Dotis restitutio fiat. Et De lucro Dotis, vltra alios per Phanut. eo. tract. suo, & tandem scias quod licet separatio Tori fiat, tamen Matrimonium semel validum durat, vt dixi, & Diuortium de iure Cano. non datur, neque repudium, cap. quos Decifio. 32. quaest. 2. glo. in d. l. consensu, §. virum, in verb. sibi habere cir. fin. C. de Repud. Cauca. in dict. Decif. 21. numero 14. par. 4. reliqua vi. per Surd. copiose in d. tract. de aliment.

K Causa autem separationis tori fienda multae sunt, de quibus aliqua supra dicta sunt, sed non erit inconueniens repetere, sicuti seruatum est instit. de Repud. in l. consensu, postea in auth. sed nouo iure ibidem sequenti fere eadem repetuntur. Prima igitur causa erit Bestialis scuitia viri, vel vxoris incorrigibilitas. Rim. Iun. confil. 189. numer. 23. vol. 3. Secunda furor viri periculosissimus valde vxoris vitæ. Bertazol. conf. 228. in crim. Tertia spiritualis fornicatio, & Impudicitia, vt Adulterium. Bero. conf. 45. & Clar. §. Adulterium, & propter quamcunque fornicationem. Soc. Iunio. confil. 148. numero 3. vol. 1. Bursat. conf. 218. & alios add. ad Baiar. ad Clar. in d. §. Adulterium, num. 85. Quarta Haresia. Boer. dict. conf. 45. Clar. infra, §. Haresis versic. item propter, saltem donec reddeat ad fidè, & prædictas quattuor not. Couarru. in 2. par. in epist. super quarto Decret. d. cap. 7. §. 5. cum suis iuribus. Addo quintum propter naturalem

impotentiam, seu artificialem ex maleficio causatam, vt per D. Borg. Cauca. in d. Decif. 18. per tot. par. 2. Sexta causa ob infirmitatem, vt de leproso loquitur tex. in cap. horrendus, cum cap. sequen. vbi glo. 32. quaestio. 6. De morbo Gallico loquitur Nat. confil. 24. & Apostill. ad Bertazol. confil. 228. lit. C. & D. Septima, Pro male olente, vt de hoc in cap. si quis vxorem. 32. quaestio. 5. & cap. primo, quaestio. 7. cap. qui sani. Octaua propter dementiam, & curiositatem, vt supra in 2. causa, & loquitur Rot. Luc. Decifio. 22. in prima par. & latè Bertazol. d. confil. 228. De Podagra autem non sic dicendum, quoniam oritur, vt plurimum à nimio Coitu. fac tu consequentiam an displicebit vxori. Nona causa propter vitium contra naturam. Clar. in §. Sodomia, ver. propter, & tot. tit. ne luxur. contr. natur. Multae aliae causae enumerantur in d. l. Consensu, & in Auth. sed nouo iure, & in l. fin. C. De Repud. quas numerum supraddictum profecundo enumerare duxi. Vndecima causa est Homicidij aut, veneficij, vel mortis quouis modo violentæ. Duodecima Crimen læsæ Maiefta. Decima tertia dissolutio sepulchrorum. Decima quarta, sacrilegium. Decima quinta, latrocinium. Decima sexta, Crimen abigeatus. Decima septima, crimè Plagiarij. Decima octaua, diutina cum mulieribus impudicis conuersatio, multò magis Concubinae retentio. Decima nona, accessus mulieris ad Conuiuia, & tripudia inuictò Marito. Vigesima, abortum procurans. Vigesima prima, lasciuia, & communibus lauacris immixtio. Vigesima secunda, dum nupta sit virum suum viuere alteri nubit, cætera quæ in d. tex. enumerantur supra relata sunt. Vigesima tertia, si maritus de medico, et de medicamentis, non prouidit vxori suæ, de qua in l. si ab hostibus, vbi glo. §. 1. ff. sol. matr. Tiraq. de pen. temp. Caus. 44. numero 12. Cort. memor. in verb. Maritus. Vigesima quarta, si Maritus vsus est vxoris opera non iuxta conditionem suam, sed ac si esset serua penæ, aut sclaua, visu, verbo, & opere, glo. & Doc. in l. si cum dotem, §. si maritus, ff. solut. matrim. Vigesima quinta, si maritus ob zelotipiam malè tractat vxorem. Tiraq. de leg. conub. glo. 13. Menoch. de arb. cas. 501. numero 28. cum seq. in no. Addit. de qua Zelotipia supra locutus sum versic. saepe enim. Decima sexta, quando vxor Nobilis arctatur ad vilia operandum. Iaf. in l. cum quidam, de verb. oblig. numero 4. Roderic. Suarez recept. senten. d. tit. de los Plaitos, numero 13. in fi. & numero 14. & quæ sint opera vilia, dicit, etiam Surd. d. tract. de Aliment. repertoriare.

L Et ex ijs elici possunt causae propter quas viro licet dimittere vxorem, & vxori licet discedere à viro. At S. Paul. 2. ad Cor. d. cap. 7. ait: Hijs autem qui matrimonio iuncti sunt (præcipio) non ego, sed Dominus; vxorem à viro non discedere; quod si discesserit, manere inuptam, aut viro suo reconciliari. Et vir vxorem ne demittat. At in Euangel. S. Math. cap. 19. ex Deuterò. cap. 14. & 19. Dictum est autem: Quicunque dimiserit vxorem suam, det illi libellum Repudij. Ego autem dico vobis, quia omnis qui dimiserit vxorem suam (excepta causa fornicationis) facit eam mechari: & qui dimissam duxerit, adulterium committit. Marc. cap. 10. Luc. cap. 16. vbi, & si uxor dimiserit virum suum, & alij nupserit, mechatur, hæc in lege noua, & Maritus scienter coniungendo se cum vxore adultera, antequam reconcilietur, Deo peccat. cap. coniugio. 32. quaestio. 2. & dicitur approbare malos vxoris mores. Clar. d. §. Adulterium, uers. Caueat, & secundum Ang. in d. uer. che hai adulterato la mia Donna, sub numero 94. videretur approbasse nedum præteritos, sed etiam futuros, sed contrarium tenet August. ibi. num. 50.

Prima igitur causa erit propter scandalum peccati, sed ad tempus potest separatio uoluntaria fieri, donec conuertatur à uia sua mala. S. Thom. in quarto Distinct.

stinct. 29. Secunda propter infidelitatem, nisi speretur correctio, & ad fidem conuersio. S. Paul. 2. Cor. cap. 7. Tertia si intra biennium vxor à marito cognosci non potuerit stante aliquo naturali, vel artificiali impedimento in altero ipsorum, vt per Caualea. d. Decif. 18. par. 2. quamuis debeat expectari lapsus triennij, l. in causis, vbi Bar. C. de repud. quo tempore Ieiunijs, & orationibus implorandum est auxilium Diuinum. De frigidis autem simpliciter, qui possunt china, & Balneis sulphureis, ac alijs medicaminibus sanari, aliud sentiendum est. Tertia quando Alter coniugum habet dilucida interualla, vel morbus Gallicus, Couarru. d. Epitom. 2. par. cap. 1. sub num. 4. Sed cessante causa cessabit Auerfio. cap. cum cessante, de Appellat. (sed quamuis vxor fortè posset negare debitum, tamen non debet deserere Maritum,) hinc dicitur quod cessante morbo cessat redhibitoria. Tiraq. tract. caus. cess. numero 221. par. 1. Quarta causa exit promissam dotem non soluere cum vxor possit, l. fin. vbi doc. not. C. de Repud. Boer. Decifio. 12. numero 4. Guid. Pap. & ibi Add. Decifio. 349. & supra dictum fuit, & similiter si vxor diues nupsit viro Inopi sine vlla promissione Dotis, de qua re est illa famosa Quæst. Bar. incip. Mulier habens amplum patrimonium.

M Sed estò quod vltra causam fornicationis, etiam ex vna ex supradictis causis sit locus separationi, si ambò concurrunt potest sequi separatio, si autem non: tunc aut causa est notoria, aut non si notoria, fieri potest: sine Iudicis determinatione, qui Iudices derideri solent audientes huiusmodi conjugales discordias, vt dicit, Silua Nupt. lib. 1. numero 34. & 89. Soc. Iunio. consil. 34. numero 9. vol. 2. Si verò res non est notoria, sed probanda, tunc sine Iudice fieri nequit. Franc. Marc. Decifio. 514. par. 1. Couarru. dict. epit. cap. 7. §. 5. numero 12. & 13. vi. tamen Abb. in cap. fin. post glo. de Adulter.

N Semper autem in dubio substinenda est causa, quæ facit pro matrimonio tanquam pia, & fauorabilis cap. ex literis, vbi Abb. numero 7. de spons. Causa verò Diuortij est odiosa, Scrib. in l. 1. de Diuort. nam diuortium accipitur pro pœna, sed non pro delicto, vt ait Menoch. de arb. in nouiss. Addit. ad Cas. 419. sub numero 12. Hinc dixi, quod si agatur contra Maritum propter nimiam sæuitiam, præsumptio est pro eo quod non animo sæuendi, sed corrigendi fecerit. Menoch. de præf. lib. 5. præsumpt. 15. numero 1. & ad plenam probationem fundam sufficit vnicus testis cum dict. præsumptione, l. si duo patroni, vbi glo. ff. de iur. iuran. facit Bal. consil. 136. præsupponitur, volum. 2. idem in l. non hoc, C. vnde cogn. Crauet. consil. 6. sub numero 66. Bertazol. Consil. Cri. 542. numero 21. & si hinc inde sint probationes, illæ sequuntur, quæ sunt pro Innocentia, & tendunt ad excludendum delictum, vt dicam in pract. de test. par. 2. sub numero 176. & 177. cum seq. Nisi diffamatio malorum morum esset in contrarium. Nam tunc mala qualitas personæ, quando nota est, facit cessare bonam præsumptionem, de qua in l. meritò, ff. pro Soc. Menoch. d. præf. 15. num. 5. & 6.

O Verum enim verò præsumptio est contra vxorem de inconstancia, de flexibilitate, & de imprudentia, ac insatiabilitate, Nam mulier dicitur à mollitie. Tiraq. de leg. Conub. l. 1. numero 55. 70. 71. 74. 75. cum plur. seq. & vir dicitur à vi. vt per eum, & magis in mulieribus luxuria pollet, quia luxuria fœmina dicitur, ad hoc vi. quod dixi in pract. de test. par. 1. numero 14. & 15. & partim pudor, partim custodia viri substinent pudicitiam, non tamen sunt omnes tantæ caliditatis, qua de re aduertat, ne nimium arctatè, & strictè custodiantur, & nitantur in veritum, vt iam dixi, & de præsumptione contra Mulieres dixi in pract. de test. d. par. 1. sub numero 59. versic. sequitur

de sexu, & trad. Menoch. præf. 33. numero 23. d. lib. 5. & si Mulier tribunalia frequentat, signum est imprudentiæ, & pauca honestatis. Nam mulieris honestas non patitur, vt Iudicum subfœlia frequenter. Menoch. præf. 10. numero 11. lib. 3. tamen pro recuperando viro suo, & consulendo indemnitati suæ paritur. Et in summa fauendum est agenti causam iustam, & æquam, vt matrimonium vires habeat, & coniuges simul cohabitent per supradicta, & in tantum est verum, quod si matrimonium fuerit separatum ex falsa causa, tamen quilibet de populo poterit inuito coniuge, petere, vt illud restauretur. Fely. in c. dilecti, de maior. & obed. qui in suo Repertor. in verb. Matrimonium est priuilegiatum, omnia matrimonij priuilegia, in summa recenset.

P Modò quæro, an pendente lite, Maritus possit impune authoritate propria recuperare vxorem, & vxor virum. Et quo ad vxorem, Clar. in §. raptus, vers. sed pone, dicit quod mulier rapiens virum pœna extraordinaria esset punienda, verum in practica non setuaretur op. Clar. quando mulier nata occasione, & sine læsione, & scandalo recuperaret suum Maritum, per l. id quod nostrum, de reg. iur. immo tanquam mulier prudens, & virago laudanda esset, cum inditium manifestum daret fidei conjugalis, & fidelitatis, & amoris erga virum suum, vi. Decia. lib. 8. tit. de Rapt. quæst. 7. sub numero 27. vbi excusari tenet mulierem rapientem virum, quanto magis vxorem rapientem virum suum, non enim inueni contradicentem.

Q Ceterum quo ad virum rapientem vxorem, quamuis ei multa competere possint Remedia, recuperanda vxoris, de quibus, per Fely. in cap. illud, col. 1. & 2. extra, de spons. Nihilominus teneo, quod Maritus pendente lite, & authoritate propria possit recuperare vxorem, pro hac op. est glo. in cap. 1. de coniungen. leprof. tenent Bal. & Saly. in l. 1. cir. princ. C. vbi quis, de Curial. vel cohæretal. Bar. Bal. & Saly. in l. vnica, C. de rapt. virg. ubi Bal. sub numero 24. Saly. col. 3. versic. Quæro quia tex. Sicuti licet uafallo, de facto spoliato Gozad. consil. 9. numero 10. & de æquo, & alia re. est materia, l. si mater, C. de rei uendic. & trad. Tiraq. de leg. Conub. l. 1. numero 40. Nam, qui quid sit de alijs rebus quarum Dominia, & possessionem mutari possunt, & ad alios transferri, ut tot. tit. de * acq. rer. do. & de acq. possess. Hoc unum est, quod uxor uiuente uiro alterius esse non potest, nec desiderari ab alio sub pœna peccati mortalis, in 9. Præcepto Decalog. & hanc op. tenet Decia. d. tract. tom. 2. lib. 8. tit. de Rapt. cap. 13. numero 44. Quoniam maritus post copulam consumatam cum uxore dicitur esse in totali possessione corporali uxoris. S. Thom. in quarto Distinct. 27. artic. Roderic. Suarez, recept. sentent. in tit. de los Pleitos, sub numero 15. secus in sponsa nondum cognita carnaliter rationibus iam dictis supra uers. igitur ibi. Et quod dictum est: immo Maritus non potest impediri à parentibus uxoris, per d. l. id quod nostrum, de reg. iur. Propter hoc relinquet homo Patrem, & Matrem suam, & adhærebit vxori suæ. Genes. cap. 2. quod ergo Deus coniunxit homo non separet, ut recensentur hæc in Euangel. Marc. cap. 10. Luc. cap. 16. & Saly. in d. l. 1. col. 3. uer. Quæro quia tex. C. de Rapt. Virg. ait quod Maritus præfertur Patri, & potest rapere uxorem suam à manibus parentum, quodque tenet Ana. in cap. cum causa, col. 2. uer. Nota aliam rationem, & uersic. Not. quod contradicção parentum de Nupt. Bertazol. consil. cri. 228. num. 1. & 3. cum seq. par. 1.

R Nam siue spontè, siue opera, & suasiōe aliorum uxor discessit à uiro suo sine legitima causa, Maritus dicitur spoliatus de facto, & contratio Imperio recuperare potest uxorem, & illius restitutionem consequi, per Bal. in l. tale pactum, §. qui prouocauit, col. 8. ff. de pact. præsertim, quia notorium est lippis, & sonforibus,

foribus, quod uxor unius non potest esse alterius uiuente uiro suo, & sic nulli alteri quam uiro competit actio nec exceptio, ut cap. quos Deus. 32. quæst. 1. unde de facto recuperans uxorem licitè, & impunè facit. Menoch. de Recup. poss. Remed. primo, sub numero 122. & 123. Rip. & alij scrib. in l. 1. §. nihil commune, ff. de acq. poss. quamuis idem Rip. in l. miles, §. qui iudicati, sub numero 8. in fin. de re iud. uidetur tenere, quod Maritus saltem de uiolentia tenebitur, quod procedere posset si notoriè constaret apud Iudicem de causa legitima, quam uxor adduxit eius discessus, secus si notoriè non constet. Nec potest uis locum habere, quia uis dicitur fieri in re aliena, & de eo quod quis prohibetur tex. in l. nemo potest tutor, §. ui factum, de reg. iur. sed Maritus utitur iure suo, & nemini facit iniuriam, uulg. iurib. habet enim maritus manus iniectionem in uxorem, Bal. in d. l. unica, C. de Rapt. Virg. & supra satis dictum est, & si potest eam in carcerare, & etiam in uinculis detinere, ut supra uers. sed, ut proprius, cum uers. seq. quanto magis recuperare.

S Quinimò Maritus pro recuperanda uxore poterit conuocare amicos, & notos in auxilium, ut per Menoch. de recup. poss. d. Remed. primo, sub numero 385. cit. med. nulla enim res dici potest magis nostra ipsa uxore. Matth. d. cap. 10. & Luc. cap. 16. erunt duo in Carne una, non sic de filijs affirmatiuè dici potest, cum aliquando ex adulterio, aliquando supposito partu habeantur, & non potest uir prohiberi, quin non recuperet uxorem pro debito sibi reddendo (etiam quod lis penderet super matrimonio) dum non constat esse inualidum, & postquam illud iam consumatum fuit. Bal. in l. raptores, sub num. 7. C. de Sac. Sanct. Eccles. Cano. in cap. fin. extra, de Raptor. Rom. sing. 416. Et ratio esse potest, quia semper in dubio pro matrimonio iudicandum est, stante bona fide. Coarru. super quarto Decret. in Epitom. 2. par. cap. 4. §. primo, numero 12. & 13. ui. supra uers. sic. semper autem quamuis in dubio bonum sit consulere Summum Pontificem, ut ait Cauca. Decis. 12. numero 16. par. 2. alia ratio esse potest, quia litis pendentia super matrimonio, non reddit matrimonium litigiosum, ut tenet Bal. in l. Deo nobis, numero 7. C. de Episc. & Cler. qui alleg. Archid. in 27. quæst. 2. §. ex ijs, & dicit esse menti tenendum. Menoch. de arb. cas. 202. numero 2.

T Quocirca non possumus dicere, quod Maritus attentauit lite pendente, re, ut supra, litigiosa non existente. Lancellot. tract. de Attenta. 2. par. cap. 4. limitat. 17. sub numero 17. ubi ait, quod post consummatum matrimonium mulier sequestrari non potest, etiam quod de Adulterio tractetur, vel de Hæresi, aut de furore imenso, vel bestiali sæuitia, quæ sunt illa quattuor notata à Couarru. d. Epit. cap. 7. §. 5. numero 1. 2. 3. & 4. nisi (ut sæpius dictum est) notoriè appareret de prædictis. Abb. in cap. significasti, numero 10. de Diuor. ubi ait, hoc speciali fauore restitutionis coniugis, procedere, quem ui. etiam in hoc prop. in cap. de illa, & cap. seq. co. tit. de Diuor. & eo magis fiet in casu nostro causa attentatorum, quando præsumeretur, quod lis sit calumniosè, vel irriter, & ob indignationem mota contra virum, idem Lancellot. dict. tract. de Attenta. 2. par. cap. 4. limitat. 4. numero 3. & sumus in possessorio summarissimo, quod alias afininum appellatur, in quo dici potest, quod Maritus eam, quam semel assumpsit uxorem, nunquam dimisit, pulchrè facit Borgn. Cauca. Decisio. 28. numero 12. & 13. par. 3.

Hinc etiam dicitur, quod non dicitur fieri attentatum, nec incursum fuisse in Indignationem Principis illum, qui rem suam recuperauit, pendente supplicatione alterius partis, seu partis aduersæ. Bertrand. conf. 362. nil opponitur, numero 1. lib. primo. Neuiz.

confil. 29. A fin. in pract. §. 31. cap. 1. uers. 9. limitatur numero 3. hos adducit. Lancellot. de attenta. 2. par. cap. 19. numero 26. 27. ubi in fortioribus terminis, & numero 28. nisi pro parte Principis fuerit inhibitum, vel notificatum aliquo modo ne faciat, ut num. 30. & in cap. 4. nam inhibitiõ via iuris facta, siue iusta, siue iniusta timenda est. Rot. Rom. Decisio. 26. alias. 307. de Appellat. in antiq. & per Lancel. in 4. par. in præfat. sub num. 432. & seq. & ideo si periculum non sit in mora, & quando potest haberi copia Iudicis semper parendum est, ut in 2. par. sub numero 54. alioquin dici posset attentatum, quoniam per naturam inhibitionis fit attentatum, quod alias non esset, ut plura exempla trad. Lancellot. c. primo, ampliat. 1. & si scandalum oriretur, pretor non excusaretur, Felty. in cap. 2. de præfer. secus, si inhibitiõ non legitime nec debito modo facta sit. Nam contra faciens potuit iustam prætere ignoantiam, ut l. doli clausula, de ver. oblig. l. 1. ff. de iur. & fac. ignor. Secus autem, si sciuit, etiam informiter, quod Princeps ad se causam aduocauit, Nam causa semel coram Principe deducta, amplius eius consistorium non egreditur, ut dixi supra in hac prima par. sub numero 244. & 246. Lancellot. de Attenta. 2. par. cap. 4. limitat. 1. numero 69. sed si non fuerit expresse inhibitum, validè excusandus erit, quoniam quo ad uxorem recuperandam est dignus protectione, quicquid sit quo ad alias res, nisi recuperans esset uir malus, & ad malum finem uxorem tentauerit suo matre recuperare, & ideo cauendum ab Indignatione Principis, de qua dixi in 2. par. numero 255. & D. Petr. Caball. Cas. crim. 39. quem in tantis in prima Impressione huius tractatus laudauit, ueruntamen sui ipsius duntaxat memor fuit, sed gratulatus sum, quod inter. 200. Casus criminales, ipse saltem inf. 190. prius fueram eiusdem sententiæ, ut uidere est, & ubi aliquid ab alijs intactum fuisse asserit, penes me iam typis editum reperies, si calculaberis. Cur autem me tacuerit, Deus scit, & ipse, fortè maioribus intentus occupationibus me prætermisit, ipse uerò illum non prætermittam, quoniam honor est honoratis: nimirum si aliquantisper admiratus sim.

V Nec marito ad hanc recuperationem de facto (si ipse ex intervallo deuenit) poterit aliquid mali imputari, cum ob bonam custodiam uxoris, vel suorum Agnatorum, vel propter aliud impedimentum animum suum exequi nequierit. Nam tempus Impedimenti, ei nocere non debet, cap. significasti, de pign. cap. imputari, de reg. iur. in 6. quia præsumitur semper perseuerasse in eadem uoluntate recuperandi eam, quam semel assumpsit, & nunquam dimisit. Cauca. d. Decisio. 28. num. 12. & 13. par. 3. facit Lancellot. de attenta. d. 2. par. cap. 4. limit. 1. numero 25. 26. & 27. ubi ait factum esse incontinenti etiam post decem annos, per Paris. conf. 24. præsupponitur, num. 16. cum seq. lib. primo. Boss. de plur. uolent. num. 7. Ias. in l. clam possidere, §. qui de acq. poss. ff. & iuxta qualitatem rei, & personarum potest dici aliquid factum incontinenti, ut ipsa recuperatio. Menoch. de Recup. poss. Remed. primo, sub num. 85. ubi ait hoc apparere, si statim pro recuperanda re, facta fuerint aliqua præparamenta, sed in casu recuperationis uxoris hoc non militat, nam aliquando uxores nimium delicata, & imprudenter recedunt indignatæ à uiro, & indignatione de recenti est reci proca, & Maritus ira, & indignatione non curat uidere, nec rehabere uxorem, quod inimici infernalis est proprium suggerere, tamen pacato calore iracundiæ, potest agere omni meliori modo ad eam recuperandam, & illi est statim restituenda, ut not. glo. 27. quæst. 2. cap. Aghatosa, quia Caro sua non potest haberi pro derelicta, sicut alia res, §. hoc amplius. Instit. de rer. diuis. Hinc dicitur, quod uxor, quæ diuertit à uiro, si recessit statim, non dicitur diuertisse, nec pœnam meretur.

Et quamuis vxor, (quæ appellatur domestica viri conuersatio) aliqua de causa (tanquam nimium sensibilis, irascibilis, & concupiscibilis) turbata aliquando euolauerit extra Domum Mariti, & eius conspectum effugerit: nihilominus, quocumque ierit, semper Mariti esse intelligitur, vt est pulcherrimus tex. valde not. in hoc propos. in §. Gallinarum, institut. de rer. Diuis. moraliter enim loquendo Mulieres quoque appellantur Gallina.

X Quinimmo vxor tenetur sequi virum quocumque; excepta causa peccati, vt. 13. quæst. 2. vnaquaque; & sum. Ang. in verb. vxor versic. vtrum. numero 3. vbi quando causa est necessaria, sed re vera si vxor diligat virum etiam ex causa non necessaria illum sequitur tanquam Socia humanæ vitæ, vt supra dixi, & in tantum hoc est verum, quod si maritus esset vagabundus, vxor teneretur illum sequi, si antequam desponsaretur, sciebat mores Mariti, vt not. glo. in dict. cap. vnaquaque, 32. quæst. 2. limita nisi duxerit eam cum pacto, quod vir ipse in futurum à malis moribus abstinebit. Et multoties euenit, quod prudentia vxoris, est medela plagarum viri, vi. Bar. in l. Meui. §. vxore, ff. de annu. legat. & Tiraq. de leg. Connub. d. l. r. numero 39. Et quod plus est, si maritus esset rebellis, mulier sequendo illum pro debito reddendo, non incurreret poenam. Boss. in tit. de public. bonorum, sub numero 75. ea ratione, quia in Matrimonialibus leges seculares locum non habent, dicit obtentum fuisse in Magistratu Mediolani: nec posset contrahi matrimonium cum pacto abstinendi inter eos à copula. Sum. Syluestr. in verb. matrimonium. 4. quæst. 6. sed post contractum matrimonium bene possunt vouere continentiam, & vitam cœlibem agere; ex hoc multo magis percipi potest, quod vxor impune potest virum Bannitum sequi. Nell. de Bannit. 3. par. 2. temp. quæst. 22. cum seq. Et circa alia propter debitum carnis reddendum Mulier tenetur sequi maritum, si alibi sicut Domui suæ honestè viuere possit. Bal. in l. si cum dotem, §. si maritus, ff. sol. matr. Nell. de Bannit. 1. par. 2. temp. sub nume. 44. versic. sed tunc debitum.

Y Finaliter Concludo, quod si vir, & vxor sint obstinati, & nullo modo reconciliari velint etiam cum pace Marconi, scilicet: postquam debitum mutuum receperunt, dum erant discordes, ex quo homines sunt, & non Catti. Mulier in Monasterium, vt Florentiæ inter malas Maritatas, vel in alio honesto loco, est sequestranda; & vir in exilium mittendus, vel in Insulam relegandus, donec vterque rescipiscat: si vero culpa sit vnius coniugum tantum, ille solus luat penas. Et sic huic morali, & utili, ac quotidiano discursu impositus sit finis ad laudem Dei.

DE ARBITRIO LIBERO
Parentum in filios.
SVMMARIVM.

Patria Potestas Quid sit, & an filia impta remaneat in potestate Patris: & qualiter filij exeunt de patr. pot. Quos effectus parit, quæ non licet Patri facere, quid, quæ ad Bona profectitia, Aduentitia, Castrensia, vel quasi.
De emancipatione latè & clarè differitur, vbi Quid in feminis, & de requisitis, quid olim, quid hodie seruetur, & de effectu emancipationis.
De obligatione, & officio Parentum in filios, & econtra De Delictis inter Patrem, & Filium: an Filius portabit Iniquitatem Patris: Quomodo Pater, & vsque quo possit corrigere Filium: De iniuria facta Filio, & de alijs quampluribus quæstionibus quotidie occurrentibus, luculenter explicatur.

283 † Sequitur breuiter videre de arbitrio, quod ha-

bent Parentes in filios. Certum est enim, quod Pater, & Filius sunt copulati flexu Diuino, & vna eademque persona censentur, vt. l. fin. C. de impub. §. si quis alij, institut. de inut. stip. Bal. in l. cum in adoptiuis, 2. col. C. de adopt. ita, & taliter, quod nobilitas patris est Decor filij, & licet macula patris regulariter non afficit filium, l. si. & ibi Bar. C. de liber. & eor. liber. l. emancipati, §. si. ff. de Senator. tamen quando-

A que afficit, vt † Patria namque potestas in filios in æstimabilis res est, ob quam filij, & nepotes ex filiis masculis ex legitimo matrimonio nati, sunt in potestate Parentum, vt tot. tit. Institut. de patr. Pot. & C. eo. non sic nepotes ex filia, vt declarat glo. ibi, in fin. ratio est, quia, & si filia maritata remanet quodammodo in potestate Patris iuxta, l. si vxor, C. de condit. infer. tamen partus, qui ex ea nascitur, sequitur ventrem quo ad conditionem libertatis, & seruitutis, non autem quo ad ius patriæ potestatis, vt ibi declarat Porc. sub numero 1. & glo. in verb. Cuius Romanorum excipit à patria potestate filios francigenarum, quæ opinio est reprobata, quemadmodum alia opinio quod solis ciuibus Romanis ius patriæ potestatis competeat, vt clarè impugnatur in syntgmata

B iuris lib. 1. de Patr. Potest. cap. 5. † Excipiuntur quoque Bastardi, & est op. approbata, & ratio est, quia Patria potestas est res honorabilis, quæ turpes personas non admittit. Institut. de Nupt. §. si aduersus, & ibi Porc. numero 15. ver. item no. duos casus, Bastardos ab initio non esse in potestate parentum, sed ex post facto sic, puta si dentur Curia, aut si per subsequens matrimonium legitimum.

C † Modo ex patria potestate, quam plures sequuntur effectus, quos ponit glof. in verb. ciuium Romanorum. Institut. de patr. pot. in §. 1. quorum Primus est quod Pater non mater ob necessitatem famis poterat filium vendere, vel obligare, per l. 2. C. de Patr. qui fil. distraxe. & de hac re locutus sum in 4. par. sub numero 490. † Secundus, quia Pater non potest à filio in iudicio vocari sine venia, vt l. si. C. de in ius voc. aliqui tenent, quod non possit etiam cum venia. vt Porc. & alij in d. glo. consuetudo autem iure approbata in l. lis nulla, vbi glof. ff. de iud. admittit filium cum venia Patrem in ius vocare posse in multis casibus, præsertim quando pater est auarus, & negat debita alimenta pro modo facultatum, & iuxta gradus sui congruentiam subministrare filio, per l. vel necare, ff. de alim. & cib. leg. natura enim insitum est amare, educare deinde quicquid appositum est ante Lucro Patrem filios possessores relinquere, & ad hunc prop. Spec. in tit. de offic. omn. Iudicis, numero 4. & seq. §. primo modum, & formam, ac requisita tradit.

D † Tertius effectus est, quod cum filiis iudicium esse non potest, iux. d. l. his nulla, de Iudic. quem effectum esse superfluum aiunt Doc. super d. glo. ciuium Romanorum. Institut. de patr. pot. circa hunc glof. effectum, vide omnino Menoch. de Recup. poss. Remed. 15. vbi multa dicit, à numero 286. vsque ad num. 323. Verum non erit superfluum dicere pro saluanda glof. quod est verum. Patris suum iudicium nequaquam conformari debere cum Iudicio filij effrenato, nec illius fantasticum cerebrum sequi, minusque cum filio contendere verbis, Nam lis minimis verbis interdum maxima crescit, vt apud Diu. Catò. sed si filius est maior. 20. annorum, Pater post debitam correctionem verbalem, si non iuuat, debet corrigere filium Baculo, † Nam Pater dicitur orbatus filio, quando habet filium peruersum, vt in l. fin. vbi glo. ff. de Plag. & ideo Bastonate da orbo, melius est filium pati sub Baculo Patris, quam pendere sub ligno furcarum. Qui enim diligit, instanter erudit, alioquin qui pareit virgæ, odit filium, sunt verba Salom. in prouerb. aufertur enim in patre præsumptio iniquitatis, & insurgit præsumptio amoris. Menoch. lib. 6. præsumpt. 14.

E † Nam Pater dicitur orbatus filio, quando habet filium peruersum, vt in l. fin. vbi glo. ff. de Plag. & ideo Bastonate da orbo, melius est filium pati sub Baculo Patris, quam pendere sub ligno furcarum. Qui enim diligit, instanter erudit, alioquin qui pareit virgæ, odit filium, sunt verba Salom. in prouerb. aufertur enim in patre præsumptio iniquitatis, & insurgit præsumptio amoris. Menoch. lib. 6. præsumpt. 14.

F † Nam Pater dicitur orbatus filio, quando habet filium peruersum, vt in l. fin. vbi glo. ff. de Plag. & ideo Bastonate da orbo, melius est filium pati sub Baculo Patris, quam pendere sub ligno furcarum. Qui enim diligit, instanter erudit, alioquin qui pareit virgæ, odit filium, sunt verba Salom. in prouerb. aufertur enim in patre præsumptio iniquitatis, & insurgit præsumptio amoris. Menoch. lib. 6. præsumpt. 14. & ex

& ex nimia indulgentia nascitur contemptus, qua de re caueant Parentes ne ex nimia, aut ex plurima bonitate, & probitate felicissimisque eorum studijs reuerentiam eorum minuant. † Quartus effectus Patriæ potestatis est, quia Pater per filios acquirit usufructum, §. fin. institut. per quas perso. nob. acquir. est verum, quod si testator legat, vel donat alicui potest vinculum apponere, ne ius aliquod in re legata acquiratur Patri aut marito. Sed quid de iure antiquo v. tex. in l. placet, ff. de acq. rer. do. facit auth. disponat, vt cum de appell. cogn. tex. l. in re mandata, C. manda. tex. in l. excipitur, C. de Bon. qua. liber.

Quintus effectus est, quod filius non potest quenquam sine patris licentia in ius vocare, vt l. fi. §. 1. C. de bo. qua. liber. Menoch. de Recup. poss. Remed. 15. numero 297. ait dum proceditur sola facti veritate attenda, non requiri consensum, quia est de iure positiuo, ex Neuiz. consil. 18. numero 11. ex Cor. consil. 218. lib. 1. Sextus effectus est, quod Pater inuito filio potest bona aduentitia administrare, §. 1. Instituit. per quas perso. nob. acq. & non est opus alio Iudicis Decreto Bal. in l. cum oportet, §. ne pater autem, eod. tit. C. de bo. qua. liber. & si Pater agit pro filio in potestate, non est opus, quod promittat de rato secundum ius, C. secus, de iur. ff. vt ait Bar. post glo. l. fi. §. vbi autem, C. de bo. qua. liber. † At si pater non est bonus paterfamilias, sed dilapidet bona, remouetur ab administratione, Bal. in l. honotaphos, & in d. l. cum oportet, §. ne autem, de bo. qua. liber. qui dicit remoueri, si deficiat in committendo, secus si in ommittendo Menoch. de recup. poss. 9. numero 172. 173. & 174. vbi, nec propria bona dilapidare potest: verum, & in ommittendo etiam esset remouendus, si propter eius magnam desidiam, & negligentiam, res perirent, quia nimia negligentia æquiparatur dolo, vt in auth. de quaest. §. sed pigritia, l. penul. C. de collat. vel sapit stultitiam, per l. quamuis, C. de fideiuss. vtrunque I. damnabile. † Septimus effectus est, quia inter Patrem, & Filium non oritur ciuis obligatio, sed naturalis tantum, §. item inutilis. Instituit. de inut. stip. nihilominus quando sunt discordes, eliguntur arbitri, & Pater, & filius sunt obnoxij laudo, & Decretis Magistratus, l. 1. C. de Decret. ab ord. fac. lib. 12. † Octauus effectus est, quia Pater potest petere filium in sua potestate, secundum distinct. quam facit glof. ibi in d. §. 1. institut. de patt. pot. vbi, & officia iudicis, & Remed. interdicti recuperandæ vti potest, & vltra glo. L. adde: † Nonum effectum, de quo in syntgmat. iuris Par. 2. lib. 12. cap. 8. car. 97. vbi ait quod nullo pretio inuitus Pater adigi possit filium emancipare, per l. filiumfamilias, §. secundum vulgarem. De leg. 1. Nec filius, siue adoptiuus, siue naturalis, & legitimus ad id possit Patrem compellere, l. non potest, de adopt. exceptis quattuor casibus, vt ibi primus, si pater filio peccandi inferat necessitatem, auth. si lenones, C. de episc. aud. Secundus si supra modum Pater erga filium dure se habeat, l. fi. ff. si à patr. quis fue. manu. Tertius si præmium, vt emancipet Pater acceperit, l. si cui, ff. de Cond. & Demonstr. qua. res adhuc hodie seruat, Quartus casus est, si impubes adoptatus se liberari maior factus postulet, vt l. nonnunquam, de Adopt.

M Sed Pater non potest dilapidare propria bona, vt filius æger remaneat, & ideo filius pro debito patris pauperis, nõ potest molestari super peculio quasi Castrense, tot. tit. C. Ne fil. pro patr. nisi in subsidium, quando sibi, & patri in necessitatibus succurrere possit, ita æquitate suadente, multo magis si debitum esset factum pro alimentandis filijs. Bar. in l. hijs solis, vbi Saly. Iaf. & alij, C. de Cond. indeb. Ro. sing. 213. Cremenf. sing. 37. Mars. sing. 224. Capol. Cautel. 246. scrib. in l. si eum seruum, ff. si cer. pet. vbi quid in vxore. Cauasca. Decif. in Reper. nouiss. in verb. maritus, & vxor, & bona ratio esse potest, quia Pater, vel ma-

ritus ægeni non tenentur alere alios, si non habent modum vix alendi se ipsos, tex. & ibi Bar. in l. 1. §. præterea, ff. de tut. & rat. distrahen. Beniten. Decifio. 89. & Guid. Pap. Decif. 439.

N Et dum sermo incidisset cum Excellentissimo Iurisc. D. Petro Ventura Patrio Florentino circa solemnitates emancipationis, inquirere cepimus, an emancipationis actus, fauorabilis dici debuisset, & in eam sententiam conuenimus respectu filiorum, dici debuisse fauorabilem, cum ij libertatem, qua res inæstimabilis est, consequerentur, ac honor eis accederet: quod vel maximè patere dicebamus, ex §. hoc quoque Inet. per qu. person. cuique. Cui astipulatur, quod per Theodosium, & Valentinianum Imperatores, in l. fin. viua, §. 1. C. de bon. matern. & per Iustinian. in l. cum oportet, §. cum autem, C. de bon. qua. liber. Quibus locis rescribere, patri tunc licuisse aliquid in bonis filij emancipandi retinere, in præmium delatæ emancipationis, nec mirum cum emancipando liberalitatem exerceat, vt per Anastasium in l. iubemus, l. de emancip. liber. & iure quodam suo priuarentur, ad l. filiusfamilias, §. secundum vulgarem, ff. de leg. 1. & emancipatio nihil aliud sit, quam solutio, seu relaxatio patriæ potestatis.

O Licet, ijs minimè perperis, non defuerint, qui dixerint emancipationem fuisse potius quandam speciem abdicationis, quam beneficium aliquod, quod filijs conferretur, ex eo præcipuè argumentum ducentes, quod idem sit antiqua Romanorum lingua, emancipare, ac venundare, & inde, emancipari in seruitutem, perinde, ac in adoptionem latinè dici, vestigium que huius rei esse, colaphos, verba iniuriosa, ac contumelijs plena, qua in emancipandos iaciebantur de quibus in l. fin. C. de emancip. & in auth. constitut. qua dignitar. in princ. vt iam non filij, sed extranei viderentur, amittebatur insuper agnatio vsusfructus, paterna hæreditas, plurimaque alia eueniebant, ex quibus odiosa appareret, vnde in locum beneficij minimè reponi posset; Nec enim commodum, quod sibi in posterum quaesissent spectandum videbatur, cum incertum id esset, certa enim erat primum bonorum omnium expoliatio; Præterea gerebantur omnia coram Præsidente, vt per Caium, lib. priori, instit. cap. 6. vt nihil penitus differat ab ipsomet actu abdicationis idem omnino sit nomineque tantum differet. Causas autem, ex quibus abdicatione tunc permittebatur, recenset Lucian. de Abdicat. & pulchre per Alciat. dispuñt. lib. 2. cap. 20.

Contrariam tamen opinionem tanquam magis iuri consonam, ex ijs, qua prius dicebantur amplexi fuimus, ac eo libentius, quia si Diocletiano, & Maximiliano Imperat. credere voluerimus, Abdicatione Romanis legibus non comprobabatur, vnde succedit emancipationem eius speciem dici non posse; Nec repugnant ea, qua nuper dicebantur, siquidem, pro forma, vel formula potius penæ omnia obseruarentur, nec multo post fuerint abolita vna cum circumductionibus ijs inextricabilibus, vt recenset Iustinianus in l. fin. C. de emancip. liberum.

Cuius legis occasione iterum dubitando perquirere cepimus, qua nam essent eg inextricabiles circumductiones, & iniuriosa rhapsimata, & quo tenderent, & huius indagacionis maxima apparuit difficultas, ex quo multis ab hinc sæculis antiquata omnia erant, imperante Anastasio ann. salut. circiter .494. & nullum rationabilem exitum inueniri horum, dixerit Imperator. in ead. l. fin. Rem tamen omnem optimè explicantem inuenimus Caium d. l. priori Instit. cap. 6. Vacon. à Vacun. declarat. iur. ciuil. lib. 1. cap. 16. numero 18. Syluest. Aldobrand. in Adnotat. Ad primum librum Instit. sub tit. quibus mod. ius. patr. pot. §. præterea, & latius sub tit. de fiduciar. tutel. vbi, & scribentes omnes.

P Illud aut̄ obseruatione dignū reputauimus, in filiabus fœminis, item nepotibus ex filio emancipandis, non tot in eorum emancipatione obseruanda fuisse, quot in emancipatione masculorum primi gradus, cum illi vnica emancipatione eximerentur penitus à patria potestate: ij verò trina emancipatione egerent. & quod illi vnica emancipatione eximerentur, docet Vlpianus in l. certum, §. 1. ff. de iniust. rupt. & idem etiam apud Caium dict. capit. 6. lib. prim. & quod ij trina egerent probatur ex §. præterea, Instit. quibus man. ius patr. & clarius apud Caium vbi supra, Nec differentia ratio facile afferri posse videbatur ex diuturnitate temporis, quo hæc omnia in desuetudinem abiere, sed vltius cogitantibus rationem fortè inde deduci potuisse videbatur; quia haud satis dicens esset mulieres Romanas toties coram Magistratibus inspici, colaphis cedi, ac huc, illuc, quasi contumelia gratia ab hominibus contrectari. Quin etiam Atheniensibus id omnino Solonis lege prohibebatur, nisi fortè stupro se polluisent, vt ex Plutarco. in vita Solonis, quos & Romanos imitatos fuisse existimat Eruditissimus Francisc. Connan. Comment. Iur. Ciuil. lib. 2. cap. 14. circa finem, cum plerasque leges ab eis decerpserint, vt quas olim fortè ter, semel tantum venundari liceret, cum præsertim nec suspitione lenocinij omninò caruisset, qui filias toties venderet, vt idem Connan. considerat; Quam leges adeò abhorrent, vt pater tunc cogi etiam possit, vt filias emancipet. At in masculis hoc non euenit, cum ij tertio vsque venundari possent à patre, nec ignominia illud ascribi posset, vt apud Halicarnass. de quo meminit Vacon. vbi supra, numero 12. & recensetur locus Vlpiani, qui in Institut. id ijs verbis explicauit. Si pater filium ter venderit filius à patre liber esto, vt non mirum si ij trina emancipatione, ex vero vna tantum egerent.

Q Insuper licet filij, filiarque eundem gradum cognationis respectu patris obtineant, & ideò eodem nexu obligentur, ac eadem ferè obsequia, patri præstare teneantur; attamen quo ad id, de quo agitur, dispar inter eos est ratio; cum per masculos represententur patres, ac agnatio veluti per stirpes per eos propagetur; Quod non item in fœminis, cum ea, & caput, & finis agnationis dicantur, & sint veluti principium cognationis, si fortè nupserint, inter morientibus, tunc quo ad eorum filios iuribus omnibus agnationis, vt quo ad effectum agnationis, & ius ciuile, arctiori vinculo obligati apparent masculi, quam fœminæ. Hincque L. Aemilij Pauli Querela apud Liuium Lib. 45. Historiarum. Nec ex tanta stirpe (inquit) liberum superest, qui L. Aemilij Pauli nomen ferat, duos enim tanquam ex magna progenie liberorum, in adoptionem datus Cornelia, & Fabia gens habet Pauli in Domo, præter se nemo superest: Et ideò non mirum si in actu emancipationis, qui iuris ciuilibus est, & agnationem præcipuè respicit plura in masculis primi gradus emancipandis obseruanda essent, quam in filiabus.

Et quamuis eadem omnia, quæ de filio ad hoc dicuntur, procedere etiam videantur in nepotibus ex filio, attamen inter auum, & nepotem, nec tantum amicitia charitatis, & iuris est, quantum inter Patrem, & Filium, vt benè considerat Connan. vbi supra, & quo propinquior, coniunctiorque est eo carior. Ideoque Legibus Romanis filiam in adulterio deprehensam Pater occidere potuit, auus non potuit, & hinc antiquitus nepotes, & filia. item primi gradus impunè in testamento aui, vel patris præteriebantur, aut saltem inter cæteros exhæredari poterant, quod in filijs nequaquam obtinebat, sed eos nominatim institui, vel exhæ-

redari oporteret, quod ea ratione inductum, quod ad nepotes facile credi potest, cum iuris constitutiones naturæ ordinem sequantur, & imitentur, optimaque ratione inductum appareat ius patriæ potestatis difficilius, quo ad ius ciuile attinet tolli, ac extingui, dum de filijs masculis agitur, quam in fœminis, vel nepotibus tollatur.

U † Redeundo modò vnde digressi sumus, Filij erga parentes debitum obsequium, reuerenter, & obedientiam parentibus præstare debent tum propter Dei præceptum, de quo in Decalog. præcept. 3. tum quia ipsa natura docet, vt infra in 6. parte dicam, sub numero . . & facit Institut. de iur. naturali gentium, & ciuil. tum etiam ob magnum præmium, quod filij patrem, & matrem venerantes acquirunt, vt esse super terram longæuos diuque viuere. Exod. capit. 10. Deuteronom. capit. 5. Matth. cap. 15. Marc. cap. 17. text. est in l. 2. de iur. stitia, & iure, † Est tamen verum, quod contra legem Dei nemini parendum est. Quid enim maius nobis congruit, quam ijs obtemperare, qui genuerunt, educauerunt, instituerunt, deinde omnia contulere ad vitæ necessaria? quos magis diligere à quibus, quam maximè diligimur?

S Nullus equidem est tam immensus amor, qui paternam vincat beneuolentiam, vt not. in l. quoniam querela, Cod. de inofficioso testamento. Nullus quippè est, qui magis filiorum Indigentijs consulere prospicereque valet, quam affectus Paternus, vt not. Doct. in leg. Gallus, de liberis, & post-

a humis. † Et honor non consistit in sola reuerentia, sed in benefaciendo, & in largitione bonorum. Marc. capit. 7. & Plato in Libro quinto de Republica. Et quod dictum est de Patre, idem dicitur de Matre, quæ in ventre nonem mensibus substulit pondus dici, & æstus, in quo portauit filium, quem in dolore peperit, lacte nutriuit, & sudore educauit.

T † Et ideò in leuioribus materna monita præferenda esse, in grauioribus paterna, vt ait Hieronym. Perbo. in quodam suo Tracta. ouiliarum, libro quinto, vbi de præcepto Honorandi patrem. Nam in dubio Patris magis, quam Matris consilio lex de liberis fudit, leg. consilio, Cod. de curat. furios. Si verò filij contemptores, & maledici contra Parentes erunt, maledictionem consequentur, vt de Chanaam legitur, Genes. cap. 9. Decia. De Paricid. libro 9. cap. 9. numero 7. 8. & 9. tom. 2. vbi lex Diuina morte mori iubet, & iure humano infames reputantur, l. 1. §. 1. de obsequ. patr. præstan.

V † At si filij Parentes verberare tentaerint, acriter punientur, priuantur successione, & exhæredantur, vt not. in §. Causas, in Authent. vt cum de appellatio. cogn. & vide Clar. §. testamentum, quaestio. 41. Nam sicuti non potest maius laudari, quàm pietas filij erga Parentes: ità econtrà, nil prius obprobrio, quàm contra Parentes maledictiones proferre, & manus violentas inferre, quod natura ipsa abhorret.

X † At si Filius occidat Patrem, nullum delictum in homines grauius, nullave pœna grauior paricidij, excepta Infidelitate, tot. tit. ad legem Iuliam, de paricid. de quo dicam in 4. par. & vide Decia. latissimè, qui permulta capitula De Paricidio facit, in dict. Tracta. de Delict. Tom. 2. libro 9. & Clar. quoque in §. Paricidium, & permulta reperies in Syntgmata iuris, libr. 36. capit. 24. per tot. Tom. 2.

***** † Nec liceret hodie Filio occidere Patrem rebellem Cæsaris, secus si Pater esset Rebellis, & proditor Fidei, & Religionis Christianæ, & relapsus, l. minimè, cum Glos. de Relig. & sumpt. funer.

Yner. vbi Alexand. † Et filij Hæreticorum, quamuis sint boni, & Catholici Christiani, ac Fideles non possunt parentibus succedere, nec in vno denario, cap. vergentis, & cap. quisquis, Cod. ad legem Iuliam Maiestatis. Paul. Ghirland. Tractat. de Hæretic. quæstio. 4. nisi sint adeo pauperes, quod non habeant unde se alere, quia æquitas, & pietas Christiana concedit alimentari, vt dicam in 6. par. dixi in 2. par. numero 288. vide Decia. de Delict. Tomo 1. lib. 5. cap. 45. char. 244.

Z † Sunt tamen plures casus, in quibus filij portabunt iniquitatem Patris, vt dixi circa successionem, & quo ad bona tantum, & Dignitates, ac honores tantum, in 4. par. sub numero 139. vbi declarauimus, vt in crimine læsæ Maiestatis, Diuinæ, & Humanæ, dict. l. quisquis, C. ad legem Iuliam Maiestatis. Secundò, si sunt nati ex nephario, & damnato coitu, Authent. ex complexu, C. de incest. nupt. Tertio in casu, cap. in quibusdam, de pœn. Quarto in casu, cap. cum multæ, 15. quæstio. 8. & 2. quæstio. 4. Quintò in casu, capit. 1. & 2. de fil. Presbyt. & de ijs vide Paul. Ghirland. de Hæret. quæstio. 3. vide in Syntagmat. iuris, lib. 35. cap. 1. numero 24. 25. & 26. vide Decia. de Delict. d. tit. de Pœn. læs. Maiest. Tom. 2. lib. 7. cap. 41. vbi de omnibus pœnis quas patitur filius rebellis.

A † Nunc ad officium paternum descendamus, tenentur enim ita erga filios se gerere, vt quod Deus mandat, natura dicat, & leges positivæ disponunt, omnino seruent. Primò itaque Parentes tenentur educare filios in timore Dei, sine quo nil boni fieri potest: Secundò animorum optima debet esse institutio, Tertio bonorum morum exemplar: Nam ratio ex bonis parentibus mali procreatur filij. Quarto, si pulchrum, & vtile est ex legitimo matrimonio suscipere prolem, pulchrius est ad virtutes filios instituire, & ad id potissimum quod quisque natura aptior inclinari videtur, Hierony. Perbo. dict. lib. 5. Quintò studeant ex industria, vt lucrum iuste faciant alioquin facere adolescenti auri, argenti que copiam nil aliud est, quam gladium præbere, quo sacculum cædendo cito euacuet, quo omnes turpitudines sibi asciscant, & quo tandem se ipsos occidant, vel occidantur. hæc ille. Sextò, scientia Iuueni præparat prudentiam, Seni solatium, pauperi diuitias, ornamentum diuiti, delectat Domi, non impedit foris, & peregrinatur nobiscum, ad hæc vide supra, numero 241. circa fin. Septimò, à malorum conuersatione, tanquam ab igne filios defendant, nullus enim inimicus maior, quam domestica probitas, qua de rebonum est ab Adolescentia iugo assuefacere. Octauò inuigilent ne ab Adulatoribus, qui valde circumdant Domos Diuitum. Nonò, † Filias dotare tenentur, & nedum semel, sed bis si dos amittatur, l. qui liberos, de rit. nupt. l. fin. Cod. de dot. promiss. nec potest ab onere se liberare, siue in vita, siue post mortem (circumscriptionis statutis.) Phanuc. dict. Phanuc. de lucr. dot. Glos. 10. numero 77. nisi filia esse Meretrix. Spec. in tit. qui fil. sint legit. §. penult. versic. quod si filia peccauerit, Campeg. tract. de Dot. quæstio. 13. numero 3. vide Bart. & Doct. in l. filiam, C. de inofficio. testamen. & qui ex necessitate teneantur dotare filiam dic primò Auus, secundò Pater, tertio Mater, quartò Fratres, quos prosequere, vt per Campeg. per multas Quæstiones à Quæstio. 13. vsque ad fin. primæ partis, pulchrè Constant. Rog. eodem tract. de Dot. versic. Secundo iuxta ordinem, vbi sub num. & quod dote amissa, vel in exigibili redacta iterum constituatur passim ab illis qui ex necessitate tenentur dotare filias, trad. Aret. in §. fuerat, Institut. de act. & videtur text. in §. quia verò, in Authent. de æqual. dot. & in Authent. quamuis, C. de rei vxor. act. sed quia hæc dotis materia est summopere ventulata, & de ea facti sunt multi Tractatus, consultò

omitto, vide circa prædicta onera paternæ, in Syntagmat. iuris, lib. 9. tit. de personis, cap. 20. num. 13. cum mult. sequ.

C † Nec credant filij immunes esse ab onere auxiliandi, & alendi parentes pauperes: nam ad hæc officio Iudicis cogi possunt. Doct. in l. necare, de liber. agnoscen. etiam quod pater esset rebellis, leg. quisquis, C. ad legem Iuliam Maiestatis, Decia. eodem tit. lib. 7. cap. 41. num. 46. tom. 2. idem de filia, & de alijs: Erga alios, vt de Vassallo erga Dominum, de liberto erga Dominum, de Donatario erga Donatorem, vt scribitur in Syntagmat. iuris, lib. 6. cap. 19. tom. 2. vbi iura adducit.

D † Et quamuis æquitas suadet æqualitatem erga filios seruari, per l. maximum vitium, cum concord. de liber. præter. & infra in 6. par. numero . . . tamen pater ex causa potest primam genituram instituire, vt per Bald. in Procem. de primogenitur. & est de iure Diuino permixtum ius primogenituræ, Genes. cap. 27. & 49. Regum cap. 1. & 2. & vide in Syntagmata iuris, lib. 45. cap. 3. tom. 2. & Pater potest vni filiorum plus donare, quam alteri. Curt. Iunior. in consil. 108. circa par. 2. Item Pater habet arbitrium, an velit in bonis fieri facere inuentarium pro sua Administratione. Bald. in l. cum oportet, §. ne autem, vbi Doctor. Cod. de bonis, quæ liberis. Nec inuitus reddere rationem, tenetur Bald. dict. l. cum oportet, §. fin. Item potest prohibere diuisiones inter filios non tamen perpetuo. Curt. consil. 105. numero 4.

E † Sed ut proprius accedamus, Pater habet arbitrium corrigendi, & castigandi filios. Bal. & omnes alij, in l. 3. Cod. de patria potestate, quod intelligas moderatè, nimia enim seuitia damnatur. Decia. de Delict. tom. 1. tit. de accusatione, cap. 13. numero 8. & per Put. de Syndic. in verb. Crudelitas. Felyn. in cap. licet, numero 1. versic. no. quod pater, de Simon. Alciat. de præsumption. Reg. prima, præsumption. 3. † Vbi dicit, quod si Pater verberat filium, præsumitur causa correctionis, cum abest atrocitas, & excessus, vel nisi appareat, de nimia asperitate, & furibunda qualitate Patris, & vide

F Abb. in cap. cum contingat, sub numero 20. versic. idem dic de Patre, de foro compet. vbi pater potest filium tradere Curie puniendum, donec pœnitentia ductus resipiscat, vt in l. vnica, C. de emendat. propinqu.

G † Et si Pater Filium inobediente in thalamo propriæ Domus tenuerit, non incurritur pœna priuati Carceris, vt in l. 3. ff. de liber. ho. exhibend. & in l. 2. Cod. de patria potestate, Decia. de Delict. tom. 2. lib. 7. tit. 10. numero 5. Cassa. in consuetud. Burgund. tit. des Droit, Rubr. 1. num. 63. intellige dum filius est sub patria potestate.

H † Cæterum si filius furatus est patri, nullam actionem habet Pater contra filium, l. nec cum filio familias, ff. de fur. Institut. de obligat. quæ ex delict. nasc. §. hi qui, l. lis nulla, ff. de iudic. l. serui, & filij, vbi Salyc. ff. de furt.

I † Nihilominus Pater aduersus illos, qui opem filio præstiterunt ad furandum Patri, datur actio ad interesse, dict. §. hi qui, Institut. de obligatio. quæ ex delict. nascun. Bonifac. tracta. de fur. §. animo lucri faciendi, numero 158. 159. & sequ. vbi dicit, quod parentes in corrigendis filijs modum excedere non debent, alioquin coguntur illos emancipare, l. fin. ff. si à patr. quis fuer. manumiss. nisi in illis casibus, de quibus supra dixi, & Paul. Apostol. ad Ephes. cap. 6. inquit, Et vos patres nolite ad iracundiam prouocare filios vestros, sed educate illos in disciplina, & correctione: nunquam profectò paternus amor debet amitti, cap. paratus, 32. quæstio. 1. vide Spec. in tit. de feud. §. 2. post versic. 18. Nec tunc potest

potest filius patri recalcitrare, & offendere, Bart. & alij in l. vi vtm, ff. de iustitia, & iure, Menoc. de arbit. iud. cas. 364. num. 2. & 3.

K † Quid si Pater sit Iudex ordinarius, dic quod de delictis per filium commissis contra alios cognoscere potest, sed de delictis ab alijs commissis contra filium non deberet ratione suspicionis, ad hæc per Abb. in d. c. cum contingat, sub num. 20. de foro com pet. vbi recenset quattuor opiniones, & vide Add. ibi. verum de delicto patrato contra ipsum Patrem, vide li cet ob insidias vitæ patris patratas, ipse pater abstinere debet, quia nullus debet esse Iudex in causa propria, C. ne quis in sua caus. & in l. Iulianus, ff. de iurisdictione omnium iudicum, & l. si quis in tantam, C. vnde vi, l. extat, ff. quod met. cau. & alias dixi. Sed hoc in casu Pater, alteri offert filium, vt l. propter insidias, Cod. qui accusare non possunt, & conceditur patri, vt ipsemet sententiam scribat contra proprium filium, illamque subscribat. Sic apud Decia. de Delict. lib. 3. tom. 1. De Accusation. cap. 13. numero 2. 3. & 4. & numero 7. vbi dicit, quod lex mota est ad concedendum arbitrium hoc Patri, tanquam Præfidi dictandi sententiam contra filium, quia lex de parentum pietate confisa pro seueritate non vteretur, vt l. 2. C. de patria potestate. Non sic filio permittitur contra patrem, quoniam amor in eis decreuit, sed in patre augetur, vt dixi de test. par. 1. numero 42. Decia. de Delict. lib. 3. tom. 1. numero primo, de Accusatio. cap. 14. & vide Nell. de Bannit. 1. p. 1. temp. num. 9. & Bart. in l. si quis fortè, §. si quos, ff. de pæn.

L † Quibus autem casibus pater occidens filiam in adulterio repertam, excusetur, vide tex. in l. patri, ff. ad leg. Iul. de Adulter. & Angel. de Malefic. in verb. Chemi hai adulterato la mia Figliuola, num. 8. Decia. de Delict. tom. 2. lib. 9. cap. 15. num. 14. & seq. vbi plura requiri ad excusandum patrem.

M † Et si Pater non sit vilis persona, poterit remittere iniuriam factam filio, & prodest etiam alijs inuitis Marant. de ord. iudic. par. 1. num. 68. Ioseph. Ludov. conclus. 41. Farinac. de Accusat. q. 14. num. 34. & seq. vbi ampliat, & limitat, Gabriel consil. 172. num. 44. volum. 1. Boer. Decisio. 75. & 120. vide las. in l. in persona, ff. de pact. Sed pro filij Toro violato Pater inuito filio non potest iniuriam remittere. Balb. Nouell. de Dot. priuileg. 28. par. 6. An, & quando Pater teneatur pro Delicto filij, dixi in 2. par. numero 39. & 176. & in 4. par. numero 139. & vide Pur. de Syndic. in verb. tortus, cap. 3. numero 9. & 10. & D. Petr. Caball. Cas. crim. 149.

DE LIBERO ARBITRIO DOMINI IN SERVOS.

S V M M A R I V M.

- Domini quam potestatem in seruos habent.*
- Qualis, ac quanta esse debet correctio verbis, aut facto.*
- Seruorum obedientia erga Dominos.*
- Contra Deum nemini parendum.*
- Officia diuersa non esse turbanda, equaliter quilibet in sua vocatione manere debeat.*
- De Salario, vel Mercede Seruorum, & De licentia danda Seruis.*
- De Furtis domesticis, & an Dominus teneatur pro seruo, vbi remissuè.*

274 † Hactenus dictum est de libero arbitrio viri in vxorem, & Patris in filium, Nunc dicamus de Dominis in seruos, & in §. 1. Institut. de ijs qui sunt sui, vel alie. iur. datur liberum arbitrium Domino corrigendi, & verberandi moderatè seruum, seu seruien-

tem, vt ita Doct. comun. intelligant, sed de seruis proprijs, de quibus loquitur text. in §. 2. eodem tit. aliud dicitur, quia non sunt liberi, nimirum si vitæ necisque eorum potestas erat Dominis, Glof. explicat olim, quia hodie non sic, vt in lib. 14. Syntagmat. iuris, cap. 1. numero 17. tom. 2. Bertazol. consil. 246. numero 7. ait quod Domini parum potestatis hodie in seruos, seu famulos habent, alleg. Bal. ibi, & ad prædicta vide Abb. in dict. cap. cum contingat, numero 2. de foro competenti, nec vllam aliam iurisdictionem habent, quam moderatam castigationem, Menoch. de arbit. cas. 364. numero 2. Bonifac. de fur. d. §. animo lucrificandi, numero 162. Nec vllam actionem habent, postquam seruus effectus est liber, leg. quod quid cum seruis esset, vbi Dec. & Cag. de regulis iuris.

O † Caterum quo ad personas liberas, quæ nobis seruiunt, periculosa est etiam leuis castigatio si non sint pueri, quibus aliam ex causa permittitur dare ex consuetudine, Abb. in cap. 1. de Delict. puer. alios verò eijce, sed prius soluta mercede. Capell. Tolos. Decisio. 268. Bonacoss. Tracta. de Famulo, questio. 109. Nam Famulus habet pro salario hypothecata bona Domini sui. Bald. in l. 1. in fin. C. locat. quiniim mōd posset tantum furari, quantum ascendit salarium, si alio remedio ei succursum non sit. Marfil. singul. 177. Malitijs. Couartu. var. resol. lib. 1. cap. 2. num. 15. Monteleo. in pract. arb. char. 437. & alios quos in prop. alleg. Carroc. loc. par. 2. tit. de tempor. pension. num. 6. & 13.

P † Sed si furati sint serui in Domo Domini possunt detineri per 20. horas, ad effectum tradendi Curia, vt de hoc dixi in 2. par. sub numero 6. & optime constitutum est, vbi seruitores, & Ancillas, quæ alicui Domino ante seruitium præstiterunt, alij minime ad eorum seruitium recipiant inuito, aut inconsulto Domino, cui iam seruiuerunt, vt in Syntagmat. iuris, lib. 14. cap. 3. sub num. 22. & 23. legitur, & in cap. 4. vbi de Dominica potestate, & in cap. 5. vbi qualiter serui liberentur, & in 6. circa eorum libertatem inuitis Dominis acquirendam, & cap. 8. De libertorum obsequio erga patronos, & in cap. sequen. de alijs circa hanc materiam explicandis, vsque ad fin. d. lib. 14.

Seruus non solum tenetur scire, quæ sit voluntas Domini sui, sed iam inuestigari debet, ut secundum eam illi bene seruiat: vnde dicitur quod seruus nesciens voluntatem Domini, vapulabit paucis, seruus autem sciens voluntatem Domini, & non adimplens eam, plagis vapulabit infinitis, 37. distinct. §. fin. Damasc. in Reg. Cano. 1. Solut. Sed intellige sanè, quo ad voluntatem Dei: verum, quo ad voluntatem Domini temporalis, non sic, quia si seruus non obediat, dimittitur, si famulus non seruiat, moderatè castigatur, vt supra: non enim dicitur peccare in infinitum, qui in hominem peccat, sed illi qui contra Deum, qui est infinitus, & homo persona finita, & finitè ad infinitum nulla est proportio. Aristo. 8. physic. & in 1. de Cælo & mundo. l. si filiusfam. §. secundum vulgarem. de leg. 1. Sed quo ad Dominos ipsi aduertere debent, ne imponant seu iubeant seruis onera insupportabilia iux. illud Euangel. & vnicuique iuxta proprium seruitium, ad quod vocati sunt, iubere debent, & sic vnicuique secundum propriam virtutem. Nam in promiscuis actibus non sunt turbanda officia. l. consulte diu alia. C. de testam. sicut esset, si vnus officialis vellet ingerere se in officio alterius, & vnus Curialis, in officium alterius separatum, Miles pro doctore, venator pro cubiculario. Cubicularius pro consultore, & tamen hoc pendet a beneplacito Domini, qui quædoque vult vt vnus sit fac totum, & sæpe multis ille facit totum, & an Dominus teneatur pro seruo vi. Capell. Tolos. decis. 195. Felyn. in c. postulasti. de for.

comp. Cano. in cap. ad sedem, de restitut. spoliat. Alex. Q in l. ne quid, ff. de incen. ruin. naufrag. Bertazol. consil. crim. 133. num. 2. & consil. 449. num. 16.

S V M M A R I V M.

De Arbitrio Magistri in Discipulos, vsque quo possit illum corrigere, & verberare.

Ad qua teneatur Magister erga Discipulum, & Discipulus erga Magistrum.

Quid de fratre contra fratrem.

275. † Restat modo dicere de arbitrio Magistrorum in Discipulos, & dicitur quod & ipsi possunt corrigere, & aliquantulum verberare Discipulos in ijs, quae ad peritiam, scientiam, artem, & mores pertinent, l. quaecumque, §. vlt. cum l. seq. ff. ad leg. Aquil. Menoc. d. Caf. 364. num. 10. Abb. in d. cap. cum contingat, & ibi Add. post num. 20. Bonifac. tract. de furt. §. animo lucri faciendi, num. 161. vbi infert ad Monachos, & Menoc. loc. cit. ait quod Abbas non incurrit in Censuram verberando Monachos moderatè cū causa, & Decia. Nauarr. & alios alleg. & Menoc. dict.

R Caf. † 364. infert quoque ad fratrem qui potest corrigere fratrem minorem, sed fratrum, gratia rara est. Et in materia supradictorum vi. 18. q. 4. nullus, & tex. & Doct. in l. aut facta, §. 1. de pœn. l. 1. C. de emen. ser. & in l. 4. ad legem Aquiliam, vbi Bart. & Floria. & in l. item quaritur, §. item Iulianus, vbi Bart. ff. locat.

S † vbi si Magister Calcari, aut Baculo membrum Discipuli offendat, tenetur pœna extraordinaria, quia officium, & discretio pari passu ambulat, vt dixi in 5. par. numero 37. & nimia seuitia damnatur, vt per Put. de Syndic. in verb. Crudelitas, & hæc auxilio Diuino patrocinate dicta sunt, Cui laus, & honor, &c. & Salye. in l. item quaritur, in §. item Iulianus, ff. locat. dicit de illo Magistro Grammaticæ Paduano, qui Discipulum puerum percussit, & obiit, & Magister de capitatus fuit, quem adducit Baiar. ad Clarum, quæstio. 56. versic. primo, num. 9. dicens, quod ipse in Spolet. furcis suspendi fecit quemdam Berouarium, qui laqueo suffocauit quemdam noblestem captum cum armis, dum illum duceret ad Carceres, & isti Spoletini hoc laqueo solent capere incautos, vt vidi Franciscum Totum Baricellum meum equitando inuenisse Bannitum pariter equitantem, & statim laqueo cepit illum, qui de equo cecidit, non sine maximo risu, & ad excusandum Magistrum, & alios de nimio excessu, alleg. Maria. Soc. in cap. ad audientiam, de Homicid. & Bald. in l. & si, §. si Magister, ff. ad legem Aquiliam.

P A R T I S S E C V N D A

S V M M A R I V M.

- 1 Captura est meri, & mixti imperij.
- 2 Capturam concedere quibus ius competit, & num. 4.
- 3 Iudices Pedanei, quare sic dicti.
- 4 Captura criminalis, ad duplicem effectum fit. Captura ad custodiam an sit meri imperij. Imperium paruum sonat in iurisdictionem. Prætorum plures species.
- 5 Captura ex quatuor requisitis constat.
- 6 Captura per modum iurisdictionis. Captura per modum prouisionis, etiã priuatis permittitur. Priuati detinentes delinquentes, debent consignare intra horas viginti Iudici.
- 7 Captura quibus ex causis concedenda. Capturam ad instantiam partis quando Iudex denegare possit.
- 8 Iudex supremæ authoritatis motu proprio a captura incipere potest, & 22.

- 9 Captura non est ex abrupto concedenda.
- 10 Capturam concedere res periculosa scandali.
- 11 Iudex tenetur, & punitur concedens capturam ex abrupto contra innocentem, & tenetur actione iniuriarum.
- 12 Carcer à coercendo, dicitur mala mansio. Carcer equiparatur torturæ, & morti.
- 13 Captura, damnum, & præiudicium irreparabile affert.
- 14 De capiendi licentia constare debet: fallit num. 15.
- 15 Licentia capiendi quando necessaria non est. Captura in Ecclesia, an fieri possit, & num. 26. Licentia capturæ quanto tempore durat. Captura, an tenet non constito de decreto capturæ.
- 16 Carcerandi forma seruanda. Berouarij aduertant, ne scandala in captura nascantur.
- 17 Commentarienses, seu custodes carcerum ad qua tenentur, num. 18. 19. & 20. Berouarij non habent discretionem.
- 18 Custodes carcerum, quomodo puniantur deficientes in suo officio, & cura, & quid facere debent. Afflictio non est danda afflictio.
- 19 Solicitatores peruersi extorquentes, sub falsis promissis pecunias à carceratis.
- 20 Carcerati debent secretò, & diligenter custodiri, dum instruitur processus informatiuus.
- 21 Captura non constito de delicto, an sit concedenda.
- 22 Captura est arbitraria Iudici.
- 23 Captura, an in diè feriata concedenda.
- 24 Captura parti offensa minimè concedenda.
- 25 Prudentis est præcauere, & prouidere.
- 26 Iudex laicus capturam in Ecclesijs non concedat, sup. nu. 15.
- 27 Capiendi facultas olim concessa laicis, est sublata.
- 28 Camiteria quam immunitatem habent, quantum extendatur eorum immunitas, & qualiter sit intelligenda.
- 29 Domus Episcopi qua gaudet immunitate.
- 30 Captura finis attenditur. Delictorum, an finis, aut principium attenditur. Fugiens ad Ecclesiam, quando est tutus.
- 31 Fugiens ad domos magnatum, an sit tutus. Franchisæ domorum qualiter obseruanda, & cur concedantur. Ecclesiæ priuilegium est de iure Diuino.
- 32 Inducta ad vnum finem non debent contrarium effectum operari. Franchisæ domorum Magnatum, & Cardinalium, abrogata. Berouarij caueant à captivando in domibus Franchisæ, vel Magnatum. Princeps etiã sine causa potest derogare Priuilegijs.
- 33 Captura in domibus Magnatum, quando tutè fit. Executores quando possunt remouere quacunque obstacula.
- 34 Domus unicuique sua tutum refugium esse debet, & quando licet capere in domo propria delinquentem, num. 36. & 37.
- 35 Interesse publicum priuato præfertur.
- 36 Capturæ forma, quæ esse debet. Qui non habet in ere, licet in corpore.
- 37 Captus contra formam debet relaxari, contra, num. 38. Captus indebitè, potest impune fugere. Fugiens è carcere, an habeatur pro confesso, & conuicto.
- 38 Iudex fatuus est relaxando captum nulliter, quando captura potest iustificari.
- 39 Captura nulla, non retractatur processus, & sententia tenet, num. 40. Iudex Brachij Regij non tenetur seruare regulas capturæ. Pater pro filio, & econtra ex causa retineri potest.
- 40 Captura in alieno territorio minimè concedenda. Sententia tenet, quamuis captura sit nulla. Non licet ponere saltè in messum alienam.
- 41 Capiendus fugiens in alienam iurisdictionem, an ibi capturari possit ab insequentibus illum. Captus in aliena iurisdictione statim relaxandus.

- 42 Resistencia, an sit licita trad. multa conclusiones.
- 43 Resistencia materia à quibus tractetur.
Captura non potest concedi, nisi ab eo, qui iurisdictionem habet.
- 44 Executores publicæ iustitiæ, quid seruare debent in pertinentibus ad eorum officium.
Licentiam capturæ ostendere ante capturam periculosum.
Præsumptio est contra officialem, qui ostendit licentiam capturæ.
- 45 Iudex nullo modo in capiendos se intromittat, & de inconuenientijs, quæ exinde nascantur.
- 46 Iudex gerens officium executoris redditur infamis.
Iniuria à Iudice illata vindicari potest.
Propulsatio incontinenti est licita, & quando dicitur incontinenti fieri.
- 47 Executores, vt Berouarij, & similes, non sunt capaces iniuriarum actiue, nec passiue.
- 48 Capiendo non licet, ex post facto contra executores vindictam facere de iniusta captura.
Tex. l. nihil, ff. de effract. car. contra quos locum habet.
- 49 Iudici in dubio non est resistendum, & quando resistere licet.
Iudex dicitur Minister Dei.
Resistencia faciendæ, præceptis, sententijs, & executionibus iniustis.
Resistencia potest fieri legitime, & non effrenate.
- 50 Iudici non admittenti appellationem, an resistendum.
Iustitia non est, vbi iniquitas cadit.
- 51 Executoribus publicis nunquam resistendum: fallit, numero 53.
- 52 Executor merus nudi facti nihil cognoscere potest.
Berouarij non tenentur si aliquem ponunt indebitè ad torturam.
Berouarij non tenentur, sed Iudex qui iniuste iussit.
- 53 Resistere potest executoribus contra formam mandati executionibus.
- 54 Resistencia quando fieri debet.
- 55 Resistenciam verbis, non licet propulsare.
Resistere quot modis dicitur.
- 56 Executio verbis non impeditur: fallit, vt ibi.
- 57 Resistencia leuis, leuiter propulsanda.
Mutua delicta pari compensatione tolluntur.
Propulsatio resistenciam debet fieri moderatè.
- 58 Resistencia cum armis, eget propulsatione armorum.
Propulsare resistenciam licet etiam vulnerando.
Primi motus non sunt in nostra potestate.
- 59 Resistenciam iniuste factam contra Berouarios, licitum est reprimere factis.
Captus resistendo si occidatur contingenter, an Berouarij sint excusati.
- 60 Captus pro delicto capitali, an resistens possit occidi.
Contra scelestos, & dissidatos proceditur manu Regia.
- 61 Captus si cum telo se eximere currat, potest impune à Berouarijs offendi.
- 62 Resistencia quando confunditur cum homicidio, & quando non: quid econtra.
- 63 Resistencia iusta, & propulsationis regulæ generales.
- 64 Propulsationis resistenciam documenta.
- 65 Resistencia omnis damnosa quando agitur contra Iudicem Brachij Regij.
- 66 Iudici condemnanti, quando licet resistere.
- 67 De Principibus non recognoscentibus superiorem nefas est loqui dubitatiue, aut correctiue, & qualiter hoc procedat.
Principibus, an resistere liceat.
- 68 Vocati ab executoribus in auxilium iustitiæ, an parere teneantur, & num. seq.
- 69 Familia potestatis non debet vexare rusticos in expensis pro caualcatura: fallit de consuetudine.
Vocati currentes in defensionem iustitiæ, an teneantur si percusserint, aut vulnerauerint captum.
Subditi vbi agitur de interesse Principis sui, tenentur
- (etiam non vocati) accurrere, & coadiuuare.
- 70 Baricelli debent tenere familiam solitam.
Priuatus expendens pro capiendo malefactore, an repetit expensas.
- 71 Subditus vocare in auxilium amicos, & consanguineos potest contra notoriam iniustitiam.
Quilibet de populo resistere potest, quando iniustitia est notoria.
- 72 Seditiosè contra iustitiam resistere quando dicitur.
Seditiosus, quis, & quomodo dicitur.
Seditio quot modis committitur.
- 73 Berouarijs, an sit credendum, & de eorum relationibus, numero 77.
- 74 Berouarij quam fidem faciant, num. 76.
Quæ singula non probant, simul iuncta tenent.
Iudex Brachij soli veritati nititur.
- 75 Probatio omnis est arbitraria Iudici.
- 76 Berouariorum vita, & mores.
Spoletinorum mores.
- 77 Relationes Nuntij, & Berouariorum, quomodo fiant, supra numero 73.
- 78 Relationes an fieri possint diebus festiuis.
Feria qua de causa introducta.
- 79 Dies tota relationi, seu citationi cedit.
- 80 Syndici ad maleficia à quibus constituantur.
- 81 Syndicus pendente termino referendi, si remoueat, an ipse, vel successor teneatur relationem facere.
Syndicus pendente termino, si relationem non facit, & vul. eratus moritur, quomodo excusabitur.
- 82 Syndicus errans in relatione, an excusetur.
- 83 Eximens captum è manibus familiae, qua pœna punitur & num. seq.
Sanguinem suum redimere licet.
Resistere cum violentia familiae, quo modo intelligitur.
- 84 Eximens se ipsum, qua pœna punitur etiam supra: quod nam inducium facit fugiendo: limita, num. 202.
- 85 Præsumptio fortior debiliorem vincit.
Practica procedendi contra se eximentem à captura.
- 86 Ira transgredi licet ex causa.
- 87 Captus indebitè, an impune se eximat.
Berouarij malè captum tractantes, sunt puniendi.
- 88 Fugiens è carcere, an puniendus, & qua pœna, num. seq. & an habetur pro confesso, & conuictò, num. 91. & 92.
- 89 Carceratus ostio aperto fugiens, an punitus.
Carceratus quando quis indebitè dicitur.
- 90 Iudex supremae authoritatis non tenetur votum in curia propalare, cur capturam concedat.
- 91 Fugiens è carcere, an habeatur pro confesso, & conuictò, sup. num. 88. limit. num. 93.
- 92 Fugiens è carcere, an pœna arbitraria sit puniendus.
- 93 Fugiens è carcere, quando non habetur pro confesso, & conuictò.
- 94 Ira quam malos effectus parit, si ducatur ab odio.
- 95 Eximens alium è manibus familiae, qua pœna plectendus, num. 99. distingui. num. 106.
- 96 Eximens an magis puniatur, quam ille quem eximit.
- 97 Eximere à manibus familiae, quot modis contingere potest.
- 98 Principes vnanimè esse oportet ad expurgandas provincias malis hominibus.
- 99 Eximens, an excusatur ob amorem, & sanguinem, vel aliter.
- 100 Quæ in delictis excusant.
Dolus quando non præsumitur.
- 101 Captus qui potest euadere, non dicitur captus.
Qui se ingerit, non caret culpa.
Auxiliator, an alias esset facturus, vel non, queritur.
Res quæ non est mala, ob malum exemplum non est faciendæ.
Quilibet pro facto suo iudicandus.
- 102 Auxiliator qualiter sit puniendus, quamuis principalis sit absolvendus.
Fugiens è carcere quando peccat, & quando non.

- 103 Eximens captum an teneatur tanquam principalis, an tanquam auxiliator, quid in instigatore, & fautore.
- 104 Pœna occidentis captum in manibus familiae. Occidi impune, qui possunt.
- 105 Bulla Sixti V. Papæ contra sceleratos.
- 106 Eximens captum à manibus familiae, postquam est confessus, vel condemnatus, quam pœnam patitur.
- 107 Eximens minus deliquit à manibus familiae, quam si eximat è carcere, num. 110.
- 108 Carcer dicitur locus sanctus.
- 109 Ignorantia quo casu excusat, num. 118. Condemnatio non facta more solito an efficiat absentes.
- 110 Eximens captum ante condemnationem è carcere qua pœna puniendus. Pœnam læsæ Maiest. an & quando incurrat eximens captum è carceribus, & num. seq. & num. 112. & 114.
- 111 Animus ledendi Maiestatem non præsumitur.
- 112 Vxor, & filij à pœna eximentis è carcere an excusandi. Subditus, qui non est saltem per habitationem, non committit crimen læsæ Maiest. sed sciputatur hostis.
- 113 Crimen læsæ Maiest. an committatur contra Principem recognoscentem superiorem.
- 114 Imperator, & Reges titulo Maiestatis venerantur, & Papa titulo sanctitatis.
- 115 Fugam fractura aggravat. Eximens captum è carcere, non excusatur si iniuste, vel iuste carceratus sit.
- 116 Carceratus (quamvis iniuste) non debet sine iussu Iudicis relaxari.
- 117 Eximens alium è carcere post condemnationem qua pœna sit puniendus, num. seq. Pœna non est, ubi deficit dolus.
- 118 Eximens carceratum tenetur probare ignorantiam condemnationis habuisse.
- 119 Eximens carceratum per non admissionem appellationis, quæ erat admitenda, an pœnam incurrat, vid. infra.
- 120 Delinquens condemnatus dum ad supplicium ducitur iniuste an eximi possit impune, & num. seq. Quid si obuiam habet Cardinalem. De privilegio isto an sit in vsu.
- 121 Præsumptio est contra illum, qui dat operam rei illicitæ.
- 122 Cautela pro eximente carcerato, ut excusetur.
- 123 Berouarij sicut nimis auidi, & potius ad marsupium manus apponunt quàm ad ligandum delinquentem. Pecuniæ à Berouarijs ereptæ delinquenti in captura, ubi impendendæ. Arma reperta penes captum cuius sint.
- 124 Personæ, quæ carcerari possunt, & an Privilegiati iudice supremæ auctoritatis mandante. Dispositio multarum legum de iure communi non servatur à Iudice supremæ auctoritatis, num. 129. & 171.
- 125 Clerici an, & quando carcerari possunt, num. 130.
- 126 Reatus omne privilegium tollit. Delicta graua a speratatem, & leuia æquitatem.
- 127 Non omne quod licet, honestum. Iudicium, & discretio pari passu ambulant. Contra improbos semper rigide procedendum.
- 128 Testes omnes possunt incarcerationi, & qua de causa. Practica qualiter retinendi sunt testes, ne processus secreta manifestentur.
- 129 Testis renuens dicere veritatem retinendus. Iudici Brachium Regium habenti nullum tempus limitatum.
- 130 Clericus repertus in adulterio potest retineri a viro, ut Iudici consignet, aut Episcopo.
- 131 Clericus a laico retineri potest captus in flagranti quando est suspectus de fuga.
- 132 Custodia, quomodo, & qualiter faciendæ stat in arbitrio iudicis, num. 133. Carceratorum distinctio à custode habenda.
- 133 Custodia secundum qualitatem delicti, & personarum habenda. Custos excusatur exequendo mandatum superioris.
- 134 Inferior non debet dissidere de eo, de quo superior confidit, nec arguere superiorem. Carcerati cautè custodiendi, & cautè debet forma custodia demandari.
- 135 Custodes de quibus tenentur, vsque ad num. 155.
- 136 Custodes quam curam gerere debent, & ibi multa bona documenta in practica. Carcerati, qualiter tunc custodiendi.
- 137 Acetum mixtum cum vrina marcescere facit muros carcerum. Carceratorum astutia pro fugiendo, exempla, num. 139.
- 138 Carta scripta, qualiter non scripta videtur, & quomodo detegitur quod sit scripta. Venenum latet quandoque in ferculis carceratorum. Mandantis astutia, ne detegatur à mandatario.
- 139 Mandatarij qualiter puniuntur. Proditorum præmia, quæ. Custodis summa diligentia in visitando carceratos. Lima surda quomodo fieri possit.
- 140 Carcerati Missam diebus festis audire debent.
- 141 Iudices quomodo tute se gerere debent, quando habent carceratum magnum virum. Iudices audientiam quando denegare licite possunt. Comitua magna veniens cum potenti ad iudicem pro causa carcerati stet de foris. Cautela qua Iudex non timebit.
- 142 Mos ei gerendus non est, qui solum facit, ut officiat. Inuidia proprietatis, & emulationis.
- 143 Custodes qualiter excusandi sunt, num. seq. Dolo non caret qui facit ultra, quam natura rei patitur. Custodes qua pœna puniendi.
- 144 Custos quando de fuga carcerati non tenentur.
- 145 Custos non tenentur de suo reaptare, nec reficere carceres ruptas.
- 146 Carcerum fabricatio ad quos spectat. Custos de casu fortuito non tenentur: contra, num. 148.
- 147 A proditione liberet nos Deus: quia difficile est præcauere.
- 148 Custos nimis confidens de famulo dicitur in culpa.
- 149 Carceratus si moritur in carceribus, culpa ascribitur custodi: fallit ut ibi.
- 150 Carceratus non potest instituire heredem custodem, nec alium officialem. Custos tenentur probare non culpam, & tenentur pro culpa vxoris, filiorum, & familiae.
- 151 Custos carcerum grauius punitur si rem carnalem cum carcerata habet.
- 152 Quid cum meretrice.
- 153 Iudex carnaliter carceratam, vel subditam cognoscent, qualiter puniatur.
- 154 Carceratus rem carnalem habens cum vxore custodis, vel ancilla, qualiter puniendus.
- 155 Luxuria quàm mali effectus, & libidinis: & in quibus præsertim personis. Auaritia mater libidinis.
- 156 Carcerati, quando, & quibus de causis relaxandi.
- 157 Carcerati euacuato processu informatiuo, an relaxandi.
- 158 Practica extraordinaria, ut complices se constituant.
- 159 Carceratis relaxatis inconuenientia multa. Delinquentium malitia, & astutia.
- 160 Carcerati infirmi quando relaxandi, & qui non.
- 161 Custodia carceratorum infirmorum à quo soluenda. Homo ad Imaginem Dei creatus, non est derelinquendus. Nullus est homo tam iniquus qui saluari non possit.
- 162 Medici prius adhibendi, & eorum iudicium penes acta cum iuramento, antequam carcerati relaxentur, & de practica eligendi Medicos, ut num. 163.
- 164 Medici, & alij periti possunt cogi.
- 165 Peritorum testimonium, an teneat sine iuramento.
- 166 Carcerati relaxandi tempore Natalis, & Resurrectionis Domini.

- 167 Iudices causarum criminalium quo tempore diligentiores esse debent .
- 168 Donesmondus Præses Senatus Mantuæ valde commendandus .
- 169 Iudex liberi, & absoluti arbitrij quando possit carceratos relaxare .
- 170 Carcerati qui nullo modo relaxandi .
- 171 Carcerati quando iuratoria cautione possunt relaxari, quando non, num. 180.
Illustres personæ quæ dicuntur, & an iuratoria cautione relaxandæ, num. 173. & 195
L. quoties, C. de dign. lib. 12. recessit ab aula.
- 172 Nobiles quando iuratoria cautione relaxandi .
Iuratoria cautio est arbitraria iudici .
- 173 Iuratoria cautione qui non sunt dimittendi .
- 174 Pignus loco fideiussoris, an dari permittitur.
Ab arbitrio iudicis pendet, an carcerati pro pœna arbitraria sint fideiussori relaxandi.
- 175 Alter pro altero incarcerationi, an possit loco fideiussoris non præstiti.
Damonis, & Pytia ingens amor .
- 176 Pater pro filio, & econtra, an carcerari possit.
Nemo Dominus suorum membrorum, num. 189.
Seruus, vel animal pro noxa dari potest: immò animalia puniuntur.
Cautela pro reprimenda audacia, & delictis filiorum.
- 177 Captus pro vno delicto, an possit recommendari pro alia causa.
- 178 Cautionum, seu fideiussionum materialate, & distinctè in causis criminalibus explicata.
Cautio quot modis sumitur, & de cautionum speciebus, & differentiis.
- 179 Fideiussor de iudicio sisti debet esse diues.
Cautio de iudicatum soluendo quæ, num. 184.
Cautio de iudicio sisti comprehendit cautionem de se presentando: contra, num. 180. & 181
Cautio iuratoria in criminalibus, regulariter locum non habet .
- 180 Cautione iuratoria qui relaxandi non sunt .
Clausula toties quoties, quid importat.
- 181 Cautio de iudicio sisti, quid importat.
- 182 Cautio de se presentando quid importat, num. 200
Pluralitas de duobus verificatur.
- 183 Representatio qualiter sit faciendâ.
- 184 Mora quando per fideiussorem committitur.
Fideiussor de iudicatum soluendo dicitur fideiussor in litem: & quando expirat, an ad augmentum teneatur, numero 36
- 185 Obligatio grauis, an transit ad heredes, & quæ sit huiusmodi obligatio, num. 244
Obligatio ad pœnam dicitur obligatio grauis.
- 186 Fideiussor an censetur liberatus quando absoluitur principalis in prima instantia.
Sententia criminalis quando dicitur transisse in rem iudicatam.
- 187 Fideiussor de soluenda pœna toties quoties, an resoluatur per binam vicem, num. 242
- 188 Cautiones tres simul, quando accipiendæ.
- 189 Fideiuberi pro pœna corporali, an possit: quid in practica.
Nemo Dominus membrorum suorum .
- 190 Fideiussionum recipiendarum practica: & quid in reuente fideiubere,
- 191 Fideiussor die feriatâ, an dari possit.
- 192 Statutum de fideiussoribus dandis qualiter sit intelligendum.
- 193 Fideiussor idoneus qui est, & qui non, & cuius periculo, num. 197
- 194 Paria sunt quem non esse idoneum, vel difficilis examinationis .
- 195 Fideiussor non diues potest esse idoneus respectu principalis diuitis, & vbi dari debet, & quid si ab initio idoneus, ex post pauper, num. 197
- Fideiussor quis esse possit, & quis non.
Illustres, an fideiussorem dare teneantur, vide supra, numero 171
- 196 In leuibus delictis non attenditur rigor Statuti in materia fideiussorum.
- 197 Sententia an quis sit idoneus, dicitur interlocutoria.
Fideiussor non liberatur per dationem secundi.
Nouatio, an mutatione personæ fiat, an loci, infra, & 201
- 198 Fideiussor quando liberatus remanet .
Principali capro inscio fideiussore, si aufugerit, an fideiussor sit liberatus, num. 200
Fideiussor pro vna causa, si pro alia principalis sit retentus, & fugiat, an fideiussor sit liber.
Fideiussor quid facere debet principali præsentato.
- 199 Fideiussio est stricti iuris.
- 200 Fideiussor quando ob impedimentum excusetur .
- 201 Fideiussor presentando principalem, an sit liberatus.
- 202 Fideiussor, qui semel præsentauit principalem, qui ob nimiam seuitiam officialium fugit, an sit liberatus.
Reus à carcere fugiens ob nimiam seuitiam, non facit iudicium contra se, supra num. 84
- 203 Fideiussor liberatus est, quando principalis fuit ob aliam causam bannitus.
- 204 Fideiussor an per prorogationem termini sit liberatus.
- 205 Prorogatio termini quando non liberat fideiussorem .
Nouatio quando facta dicitur.
- 206 Fideiussor an sit liberatus per confiscationem bonorum, & factam principali .
- 207 Fideiussor indemnitate quis, & an fideiussore primo conuento iste indemnitate, teneatur suscipere in se iudicium .
- 208 Paria esse quem promittere indemnem reuelare, vel defendere .
- 209 Defensor quas exceptiones proponere potest.
Defensor quando legitime defendere dicitur
- 210 Fideiussor simplex differt à fideiussore indemnitate.
- 211 Fideiussor simplex excussionis exceptionem, quando opponere debet, & quando fideiussor indemnitate: vide numero 219
- 212 Promissio indemnitate quando non valet.
- 213 Collaudator qui dicitur.
- 214 Collaudator ad quæ tenetur, & quomodo, & quando.
- 215 Sententia lata contra principalem, an efficiat fideiussorem .
- 216 Practica conueniendi principalem, & fideiussorem simul in causa criminali.
- 217 Fideiussor an incurrat pœnam si principalis in termino non se constituit, an mora possit purgari.
Mora modica non dicitur mora.
- 218 Fideiussor soluens pro principali, coram quo aget pro sua indemnitate.
- 219 Fideiussor in causa criminali non habet beneficium excussionis.
- 220 Fideiussorum, & fideiussionum diuersæ species, ac obligationes.
- 221 Fideiussor vnus fideiubens pro pluribus quando sit liberatus, & quando non.
- 222 Suspectum de delicto quandoque relaxatur, vt ceteris correis animum præstet se constituendi.
- 223 Fideiussori relaxatus, an possit renocari ad carceres non superuentibus nouis iudicijs.
- 224 Fideiussores plures dati pro vno reo, qualiter inter eos obligati censentur, & quomodo liberati, numero 225. & 227.
- 226 Beneficio cedendarum & no. Constitut. renuntiare quid præstat, quid de beneficio de fideiussoribus, & Epistola Dni Adriani.
- 228 Fideiussores plures pro pluribus quid inter eos censendum quo ad obligationem, & liberationem.
- 229 Diuisio obligationum quando, & quomodo facta censetur ab obligationis forma quando facta iudicis recessum dicitur.

- 230 Fideiussor vnus ex pluribus solus interpellatus an possit excipere, vt ceteri confideiussores æquè interpellentur.
- 231 Fideiussores an esse possint ad inuicem delinquentes, & quid iuris circa huiusmodi fideiussiones.
- 232 Fideiussio de presentando in solidum, differt à promissione de soluendo pœnam, & de effectu.
- 233 Fideiussor de presentando plures in solidum, sub certa pœna, an teneatur ad totam pœnam si omnes non presentauerit, sed partem tantum.
- 234 Fideiussor, qui plures in solidum presentare promisit, an interpellatus ad presentandum vnum ex eis tantum, censetur liberatus etiam quo ad alios.
- 235 Fideiussor antequam conueniatur condemnato principali corporaliter an teneatur.
- 236 Fideiussor de iudicatum soluendo an teneatur ad augmentum pœnæ propter negationem delicti, vel propter contumaciam.
- 237 Fideiussor de iudicio sisti an esse possit Consiliarius, Advocatus, procurator.
- 238 Diues si recusetur in fideiussorem recipi tanquam non idoneus, an possit agere actione iniuriarum, vide numero 195.
- 239 Fideiussor carcerati de fuga non facienda, si fugit principalis, an eum defendere possit.
- 240 Fideiussor, qui promisit Titium non discessurum è Prætorio, si discessit, & ante condemnationem reuertatur, an liberetur à pœna.
- 241 Fideiussor condemnatus pro principali ex quo non presentauit, an ante condemnationem faciendam contra principalem, si eum presentet, an condemnatio reddatur nulla.
Practica procedendi contra fideiussorem, & principalem.
- 242 Fideiussor, qui promisit soluere pœnam toties, quoties, per quot vices teneatur ad illam, num. 187.
- 243 Fideiussio an morte principalis expiret.
- 244 Fideiussore mortuo, an obligatio transeat ad hæredes.
- 245 Cautio data ad beneplacitum quanto tempore durat.
- 246 Cautio de bene viuendo quando expirat.
Officium contra discolos laudabile in ciuitate Florentiæ.
- 247 Cautio data per mensem, & ultra ad beneplacitum, an elapso mense resoluta sit non declarato beneplacito intra illum mensem.
- 248 Cautio de non offendendo, qualiter præstanda, a quo, & quomodo.
- 249 Aequalitas in iudicijs seruanda.
Practica cogendi renitentes fideiubere de non offendendo, num. seq. & 254 & 255.
- 250 Fideiubere de non offendendo renuentes, & protestantes, non sunt audiendi.
- 251 Cautio de non offendendo an, & quando reciprocè danda, & num. 249. quid si non inuenitur, 254.
- 252 Practica bannitos faciendi est valde damnosa.
- 253 Cautio de non offendendo datur cum cognitione causæ.
Diues an debet fideiussorem dare, vel solum cauere.
- 254 Occasio nequaquam danda malitijs hominum.
Cautio de non offendendo inter familiam, & familiam, seu inter vnã, & alteram parentelam.
- 255 Pœna indignationis Principis, quæ.
- 256 Pœna omnis in Principe est arbitraria, & vsque ad mortem.
- 257 Præceptis pœnalibus auertitur rumor, & occasio scandali inter communitates contentiosas.
Maleficijs futuris succurrendum, & de laudabili, & opportuna practica, quæ seruatur in statu Sereniss. Magni Ducis Etruriæ.
- 258 Cautio de non offendendo quanto tempore durat.
- 259 Pœna ob ruptam cautionem de non offendendo quando debetur, infra, num. 260.
Cautio de non offendendo contrauenitur.
Pœna an tota debetur ab vno, qui contrauenit solus an pro rata diuidatur inter alios cum eo obligatos.
- 260 Pax differt à remissione rancoris.
- 261 Quomodo rumpatur pax.
- 262 Quomodo treuga rumpatur.
- 263 Cum non constat de auctore rixæ, ambo sint absoluendi.
- 264 Fideiussores dati pro pace seruanda præferuntur fisco in feudibus fideicommissorum.
- 265 Posterior interdum præfertur priori.
- 266 Recensentur casus octodecim continentes praxim exigendi pœnam pecuniariam à principali, vel a fideiussoribus.
- 267 Saluaguardia quid sit, & qualiter differt à custodia, à saluo conductu, & à cautionibus.
Saluus conductus à quo, qua de causa conceditur, inf. 298.
- 268 Saluaguardia à solo Principe conceditur, & qua de causa, & num. 259.
- 269 Obsides quæ de causa Principes sub saluaguardia recipiunt.
- 270 Saluaguardia onus tam graue habens ad qua tenetur, vsque ad num. 257.
- 271 Custos debitam diligentiam consuetam adhibens excusatur.
- 272 Custos dicitur mercenarius, & ad quæ non tenetur, numero 255.
- 273 Custodiam petens soluere tenetur mercedem custodis.
Saluaguardiæ merces non datur.
- 274 Saluaguardia non conceditur, nisi aduersarius sit valde potentior.
- 275 Saluaguardia oneratus tenetur etiam pro facto alieno, & pro casu fortuito.
Saluaguardiam habens, quas diligentias extraordinarias facere tenetur.
Saluaguardiam habens tenetur probare non culpam.
- 276 Saluaguardiam habens, hoc est onus saluaguardiæ quomodo excusatur, & quibus ex causis.
- 277 Saluaguardiæ onus habens, non tenetur de casibus inopinatis.
- 278 Saluaguardia datur pro defensione iuris, & facti.
- 279 Saluaguardia alia generalis, alia specialis.
- 280 Saluaguardia Principis non eget causa cognitione.
Saluaguardia quam causa cognitionem requirit.
- 281 Clausula motu proprio.
- 282 Saluaguardia, Rerum, Mercis, & Castri.
- 283 Custodes Rerum, aut Castri, an torqueri possint.
- 284 Saluaguardiam personæ frangens, qua pœna puniatur.
Statutum Mantuæ de homicidio, S. vt intelligitur.
- 285 Saluaguardiam datam reus frangens, qua pœna puniatur.
Episcopus an possit recipere inferiores sub saluaguardia.
Saluaguardia quanto tempore durat, sup. num. 249.
- 286 Scalafrauca, quæ sit, ad quid concedatur.
- 287 Duellum est penitus prohibitum.
- 288 Duelli vsus diabolica arte inuentus.
Duellum concedentes qua pœna puniuntur.
Duellum facientes hodie sunt infames, & de alijs pœnis.
- 289 Duelli spectatores, & consules qua pœna plectendi.
Duellum de facto secutum anno præterito inter filium Sereniss. Sabaudia Ducis, & Equitem Gallum.
- 290 Carcerati pauperes cuius expensis alendi.
- 291 Carceratus potest agere actione iniuriarum contra non præbentem victum, & lectum.
Qui sentit commodum, debet sentire incommodum.
- 292 Fiscus negando alimenta pauperibus incarceratis dicitur homicida.
Alimenta carceratorum non veniunt in publicatione bonorum.
Bonis confiscatis, an bannito reseruantur alimenta.
Damnati non perdunt ea, quæ de iure nature sunt debita.
- 293 Bonorum confiscatio non tollit legitimam filiorum.
Fiscus non potest petere à patre alimenta debita filio, quamuis bannito.

- 294 Filius pro delicto patris non perdit alimenta.
Legitima est debita iure natura, & an per statutum tolli possit remissive.
- 295 Pater quando potest prohibere alienationem bonorum ob filij delictum, & quomodo procedat hęc prohibitio.
- 296 Reip. interest delicta puniri, & pauperes carceratos alimentari.
- 297 Fiscus, & Resp. equiparantur.
- 298 Iudex an tenetur alere carceratos.
- 299 Iudex pius erga pauperes carceratos alimentandos.
Infans mulieris carcerata a quo alendus.
- 300 Communitas pro alendis carceratis potest imponere collectam, & qualiter collecta sit imponenda.
- 301 Pauper non tenetur alere pauperem.
Collecta pro alendis carceratis pauperibus qualiter imponenda.
- 302 Genuensium immensa pietas erga pauperes, & ordo admirabilis.
Officium misericordie celeberrimum in Civitate Genue.
- 303 Ordo est ordinem non servare contra exorbitantes.
- 304 A preceptis pœnalibus regulariter iudicium non est inchoandum.
- 305 Preceptis pœnalibus ex quibus causis possit iudicium incipere.
- 306 Precepta pœnalia non conceduntur nisi a Iudice supremæ autoritatis.
- 307 Preceptum an fieri possit sub pœna confiscationis bonorum.
- 308 Leos, C. de modo multæ non servatur.
- 309 Cause ex quibus proceditur per precepta pœnalia.
- 310 Fugere non dicitur, qui latitat, & an faciat iudicium.
- 311 Iudex magnæ autoritatis quid considerare debet in procedendo per precepta pœnalia.
- 312 Testis ter multatus, qui adhuc renuit venire, quo remedio cogendus.
- 313 Pœna legis Cor. de fals. a Iudice supremo quando comminari possit testi inobedienti.
- 314 Saluumconductus, qualiter & a quo, cui & quando concedendus.
Saluumconductum facere soli Principi convenit: & an Iudici Brachij Regij, infra.
- 315 Iudex Brachij Regij saluumconductum facere potest ad quid, & per quantum temporis.
- 316 Saluumconductum frangens qua pœna punitur.
- 317 Saluumconductum habens si captivetur, debet statim relaxari.
- 318 Fides publica non est violanda.
Fides publica quantæ existimationis sit.
- 319 Saluumconductus vires scribende sunt.
- 320 Mala non esse faciendæ, ut eveniant bona.
- 321 Fidem frangere quando licet.
Fidem frangenti, fides frangatur illi.
- 322 Saluumconductum habens si delinquit, perdit saluumconductum.
- 323 Appellari a captura quando licet.
- 324 Carceratus appellans pendente appellatione an debet custodiri in carcere Iudicis a quo, vel ad quem.
Carceratio est de processu.
Appellatio eximit appellantem a iurisdictione, & potestate Iudicis a quo.
Captura an inducat litis pendentiam remissive.


Curios. & stratio. lib. 11. Chassan. in consuetud. Burg. col. 11. & 2. † Cuius facultas competit omnibus Iudicibus supremis, & inferioribus, vt in authent. de defensor. ciuita. §. & iudicare, & in l. Diui Marci, de seru. fug. Sed non competit illis potestatibus, & alijs iudicentibus, qui habent iurisdictionem paruum, bassam & discontinuam, vt est, quando non possunt iudicare, nisi semel, aut bis tantum in hebdomada, in certis causis minimis, & ciuilibus tantum, † & qui Iudices Pedanei appellantur, ex quo infima tractant negotia, l. vlt. C. de peda. iudic. Boer. decis. 215. numero 34. Nec sic de illis Iudicibus ordinarijs, qui quotidie ius dicunt, habentes cognitionem quoque causarum mixtarum, & qui a Principe non a pœsede sunt electi, & possunt interponere authoritatem, & mundualdum, licet vsque ad certam summam tantum, vt tot. ut. Cod. de peda. iudic. & dixi supra in prima parte, sub numero 148. & seq. bene possunt appellari Iudices minores respectu maiorum, sed non Pedanei, §. iudicare in authent. De defensor. Ciuitat. §. si tibi, in authent. de manda. princip. in authent. nisi breuiore, C. de sentent. ex breu. recitan. & possunt captuari facere Debitores, & hic scias, quod olim l. duodecim tabularum. Debitores in vinculis etiam priuatis iniiciebantur intra quod tempus si non soluebant, vel non concordabant cum suo creditore tunc Prætor iubebat, Debitorem, vel decapitari, vel vendi, & de illius pretio creditori satisfacere, & si plures erant Creditores, Debitor per medium secabatur, de qua re tractat Accurs. in l. 1. C. qui bon. ced. poss. meminit Couarru. var. resolut. lib. 2. cap. 1. quod vti crudele dispositum recessit, & in de fuetudinem abijt, vi. de Carcere priuato, quid infra dicam. Et de Cadauere Debitorum, sub numero 377. versic. Nota. par. 4. & de Carcere priuato infra, sub numero 6. in fin. Multo minus capturandus competere potest priuatis personis, nisi in casibus, de quibus supra in 1. par. sub numero 223. & de quibus per Vant. de nullit. ex defect. cit. sub numero 34. Et omissis alijs capturae speciebus in causis ciuilibus, de quibus glos. tex. & DD. in l. 3. §. tutores, ff. de suspect. tut. de captura tantum, quæ pro causis criminalibus concedi, & executioni mandari debet, vt propius accedam ad tractatum nostrum, verba sum facturus.

† Captura igitur criminalis ad duplicem effectum fieri solet, vel ad pœnam, vel ad custodiam. Primo casu captura non dicitur esse de mero Imperio, intellige in secundo, & tertio gradu meri imperij, vt supra, numero 114. & seq. in 1. par. secundo casu est de mero imperio, secundum Bart. in d. l. imperium, numero 8. de iur. om. iud. vbi hanc competere tantummodo maioribus Magistratibus ait. Captura verò, quæ fit ad custodiam pariter est meri imperij, sed parui, ex quo sonat iurisdictionem, intellige continuam, & non discontinuam, Ias. in d. l. imperium, numero 24. versic. quartus gradus, facit Luc. de Pen. l. 2. C. de exact. & execut. lib. 12. Et omnes Iudices ordinarij habent facultatem capturandi, siue sint ciuitatum Prætores, siue villarum Potestates, quorum iurisdictione est continua, quia qualibet die iudicare possunt, tam in ciuilibus quam in criminalibus, secus in potestatibus, de quibus supra numero 2. & 3. Et de distinctione, & qualitatibus Prætorum, vide Lancellot. in suo tractat. de Prætor. vbi triplicem assignauit Prætorum speciem, sed hanc quartam minimè attingit.

† Ad validitatem capturae, quatuor principaliter requiruntur, videlicet iurisdictione, causa, ordo, & forma carcerationis, secundum Bald. conf. 40. & conf. 41. vol. 1. quem refert Boer. decis. 215. nu. 33. & 34. De iurisdictione

DE BRACHIO REGIO

PARS SECVNDA.

- 1  Apturam esse meri, & mixti imperij tradunt Bart. & Doctores, in l. imperium, de iurisd. om. iud. in l. 1. & 2. C. de custod. reor. idem Bart. in l. consentaneum, C. quom. & quan. Iudex, Luc. de Pen. in l. 1. C.

- risdictione iam dictum est supra non competere ius capturandi, nisi iurisdictionem habenti, saltem in tertio gradu, de quo per Ias. in l. Imperium, nu. 34. ver. tertius gradus. † Alijs autem Iudicibus infimis solum permittitur capi facere per modum prouisionis, & non per viam iurisdictionis, sicut etiam alijs personis priuatis permittitur malefactores in flagranti crimine capere, etiam si sint clerici, Ang. in verb. fama, nu. 65. item omnes alios sceleratos, & facinorosos homines & bannitos, de quibus in 1. par. sub nu. 85. ver. 4. premiss. nu. 179. 197. 201. & 223. & seq. dum modo consignent captos coram suo Iudice competenti infra viginti horas, Gomef. var. resol. tit. de captura reorum, nu. 4. vide, quae infra dicam, vers. & est aduertendum, nu. 40. & in proposito, vide in 4. p. nu. 325. cum mult. seq. & nu. 339. & 340. nec obliuiscaris id quod de carcere priuato tradit Af. in suo tract. de execut. §. 11. c. 2. nu. 3. vbi recenset, quod a principio priuati carceres permittebantur, Liui. decad. 6. & decad. 8. qui dicit, quod vbiunque Patritius habitat, ibi carcerem priuatum esse. Verum quia tanta creuit sceleritas cuiusdam sceneratoris, vt ad libidinem simul, & ad crudelitatem deuenit contra iuuenem purum, & formosum detentum pro debito patris, idem carcer priuatus prohibitus fuit, vt C. de priuat. carcer. & ibi Angel. facit l. 1. C. de cohær. lib. 12.
- 7 † Secundò requiritur causa, cur captura sit concedenda, videlicet, quod sit grauis, vel quod delinquens non sit soluendo, vt quia filius familiars, seruus, forensis, vel aliter. Item debet liquere Iudici ordinario per testes, & constare etiam de delicto, vt per Clar. §. fin. q. 20. & q. 34. ver. vidi, vbi Iudex poterit credere etiam testibus, qui aliter repellerentur a testimonio; sed quando periculum esset in mora, tunc potest querela Iudex ordinarius a captura incipere potest, Marf. in §. constante, vbi hoc in casu licere Iudici delinquentem capere, & si pars petat ab initio capturam. Iudex non cogitur concedere, nisi postquam reus fuerit contumax, Put. de syndic. in ver. captura, cap. 2. quod est notandum, nisi periculum esset in mora, vt hic: † sed Iudex (supremæ autoritatis motu proprio potest a captura statim incipere, siue querela fuerit data, siue non, & non examinatis testibus, etiam si periculum non sit in mora, dummodo audierit delictum fuisse factum, & esse hoc verisimile, & motus sit propter bonum publicum, Bart. d. l. consentaneum, C. quo. & quando Iud. Menoch. de arb. iud. cas. 88. † Sed nihilominus est vigilandum in concedenda captura. ne Iudex, cuiuscunque supremæ autoritatis sit, arguatur de inscientia, vel corruptione, vt admonet Foller. in sua pract. crim. in verb. studeat, nu. 58. his verbis:
- 10 † Solent (inquit) vt plurimum astuti offendentes recurrere ad Iudices (maximè cum isti sint potentes,) & querelare offensos, & eos in carceribus detruudi facere, & deludunt curiam, & Iudices non absque ignominia erunt in voce vulgi, quod accidit propter negligentiam, quia prius aliquo modo deberent Iudices se informare summarie, Blanc. in l. fin. nu. 6. de quæst. Bal. in l. 1. quod euitandi, in fin. C. de cond. obtur. caus. Ant. in l. si quis post, col. 2. de test. & Foller. subdit. Vnde sequitur illud vulgare dictum. Chi hà d'haure va in prigione; vel sic, il ladro corre dietro al Boia, & vt experientia docet, si Iudex sit primæ impressionis, qui illum prius adit, aduersarium superat, arg. l. qui prior, de iudic.
- 11 † At Iudex, qui innocentem ex abrupto capi iubet, tenetur parti ad interesse, quia temerè capturam concessisse dicitur, Bald. in l. 2. C. de ijs, qui latro. Put. de syndic. in ver. captura, c. 2. nu. 14. & c. 1. nu. 3. Bald. in l. seueriter, C. de excusat. tut. & tenetur etiam actione iniuriarum, secundum Bart. & Ang. in l. si verò, §. 1. ff. qui satisda. cog. intellige, vt per Farinac. in tit. de carcer. & car. q. 27. nu. 134. 135. 136. & seq. & Marf. §. con-
- stante, nu. 2. vbi in ciuilibus, cessante dolo non tenetur, vt ibi, nec est mirum, quia † carcer dicitur a coercendo, Luc. de Pen. in l. nemo, n. 1. C. de exact. trib. lib. 10. & dicitur mala māsio, l. item apud, §. quæstionis, ff. de iniur. & æquiparatur torturæ, Bal. in l. si clericus, col. 2. ver. 1. C. de episc. aud. intellige secundum Brun. de indic. 2. q. 2. par. imò morti, secundum Bald. ibi, & Alex. conf. 133. nu. 2. & 10. vol. 6. intellige de carcere ad penam, iux. l. qui diutino, ff. de pen. Farinac. q. 24. nu. 24. & q. 27. nu. 3. vbi dicit, quod carcer est sepultura viuorum, consumptio bonorum, consolatio inimicorū, & experientia amicorum. † Et captura pluribus de causis afferre dicitur damnum, seu præiudicium irreparabile, siue quo ad honorem, siue quo ad personæ salutem, siue quo ad bona, vel etiam quo ad scandala, Bald. in l. per diuerfas, 10. q. C. manda. Ias. in l. 4. §. si quis condemnatus, nu. 22. & ibi Castrenf. C. de re iud. Neuz. conf. 52. nu. 8. Rol. conf. 65. nu. 16. vo. 3. Iodoc. pract. crim. c. 15. & infra per discursum dicitur. Quare benè aduertant priuata personæ, & alijs, qui se gerunt pro officialibus, cum non sint, ne capiant aut captuari faciant: nam de omni malo tenebuntur, c. damnum, de reg. iur. & acriter punientur, vt dicam in 4. p. nu. 324. & Farinacius de carcer. & carcer. q. 27. inuehit contra iudices negligentes procedere, & condemnare illos, qui priuatum carcerem committunt. Hinc inoleuit consuetudo, vt Berouarij induant liuream, vt ab alijs cognoscantur: at cum à longè viderentur delinquentes fugiebant, idem videtur hæc consuetudo abolita, sed vbi vigeret, si absque solito signo aliquem capturarent, posset eis impunè resisti, Aug. ad Ang. in ver. fama publica, nu. 64. in fin. Farinac. d. q. 32. nu. 37. Bart. in l. prohibitū, nu. 1. C. de iur. fisci lib. 10. olim Berouarij portabāt signū, vnde ex diuisa illorū ortū habuit illud vulgare prouerb. vi. Albe. Bru. super stat. p. 1. q. 44.
- 14 † Tertio requiritur ordo, id est, licentia in scriptis ostendenda, in actu executionis, dicit Bald. in l. si quando, q. 12. C. de test. Ias. in l. cum proponas, num. 7. C. de pac. Bald. & Salyc. in l. neminem, C. de exhib. reis, Bonacoss. commun. opin. tit. de malef. Rubr. de carcer. ver. carceratum eximens, col. 2. lib. 3. Ang. de Malef. in verb. fama, nu. 54 vbi etiam priuata personæ licentia concedi posse ait.
- 15 † Sed multi sunt casus, in quibus etiam sine licentia in scriptis potest captura fieri, vt in capiendo delinquentem in flagranti crimine, de quo in 1. par. dixi, nu. 223. & seq. & etiam per Bald. super feud. de pac. iuram. firm. §. si quis verò, nu. 6. item quando non habetur copia iustitiæ, Rip. in cap. 1. num. 89. de iudic. item quando capitur fur ab eo, cui res fuit furata, l. 1. C. quæ lic. fin. iud. se vend. item in falsarijs monetarum, glos. in l. fin. C. de exhib. reis, item possunt capi desertores militia, publici latrones, sacrilegi, & depopulatores agrorum, ac virginum raptores, vt in d. l. 1. & 2. C. quæ lic. sine iud. se vind. & in l. 1. C. de rapt. virg. & sine licentia possunt capi in summa omnes illi, de quibus supra in quarto præmiss. per tot. dummodo infra viginti horas consignent captos Iudici suo, vt supra dixi nu. 6. & per Salyc. & alios in d. l. fi. C. de exhib. reis, & Ang. de malef. in d. ver. fama, num. 59. in q. 4. Sed quoad capturam in Ecclesia faciendam sine licentia, serua Bul. l. Greg. PP. XIV. de qua in d. 4. præmiss. memoriam feci, nu. 86. & 93. Et notandum, quod licentia capiendi durat in tempus successoris, Bal. in l. 1. n. 3. ff. de postul. similiter post Iudicis mortem mandatis, Viui. comm. opin. 55. nu. 4. vo. 2. & transit ad Baricellum successorum, donec spes sit capiendi malefactorem, Roland. conf. 38. nu. 7. vol. 3. & Berou. conf. 4. nu. 13. Et notandum etiam, licet ab initio non constet de licentia aut decreto captura, tamen ex post facto, & diutina carceratione dicitur iustificata, & approbata, ita seruante consuetudine, Vant. de nullit. ex defec. cita. num. 34.
- 16 † Requiritur quartò, & ultimò, vt seruetur forma

carcerationis; nam aliud est capere notorium delinquentem, vel solitum delinquere: aliud nobilem, qui per lasciuiam deliquit: aliud est capere iuuenem, aliud senem: & aliud masculum, aliud fœminam: aliud quæ laicum, aliud clericum, vel religiosum, l. 1. C. de custoreorum, & sic est habenda ratio personarum, vel qualitatum delictorum, l. Diuus Pius, C. eod. & aduertant Berouarij, & alij publici executores à scandalis eorum culpa causatis, Put. de synd. in verb. captura, c. 4. nu. 4. & dixi in prima par. num. 219. Hinc est quòd Iudices in decreto solent ad cautelam concedendo capturam dicere sine scandalo. † Debet enim Commentarienses bene tractare captos, tam in actu capturæ, & dum ad carceres capti ducuntur, quàm etiam in carceribus. Nam datur officium, discretio nequaquam, (licet publicis executoribus dura res esset, quia induti sunt indiscretione) verùm custodes debent tractare carceratos cum humanitate quadam, nec debent accusatoribus crudelitatem suam vendere pretio, vel gratia affligendi carceratos fame, vel angustia, vel siti, vel longa tabe, subtrahendo eos audientia, quia neminem audiunt, & à nemine audiuntur clamantes. † Si autem contra hæc fecerint, Iudex debet eis infligere pœnam pro modo culpæ, & prouidere; alioquin infamatur, & iudicium subibit, vt in rot. tit. C. de custo. reor. vnde hæc omnia colliguntur, quoniam non est danda afflictio afflicto, l. Naui. ff. ad leg. Rhod. de iact. Et † insuper debet custodes carcerum præcauere, & etiam monere Iudicem, an adsint aliqui vulgares sollicitatores, de quibus intellexit D. Borg. in decis. 41. in 1. par. qui multa promittunt pauperibus carceratis, dum modò pecunias ab eis extorqueant, & nihil agunt, neque obseruant, promittentes, vt plurimum factum altenum, contra quos pœnatio hodie etiam in vsu esse deberet, licet in desuetudinem abierit, Bald. in l. athletas, §. calumniator, nu. 6. de ijs, qui not. infam. Seruetur etiam forma carcerationis quo ad mansiones; nam qui minùs deliquit, in meliorem carcerem; qui magis, in strictiorem custodiendus est: & carceres nobilium debent esse differentes à carceribus facinorosorum, & vilium personarum, & masculi stare separati à mulieribus. † Et omnes carcerati (donec instruitur processus informatiuis) debent custodiri in secretis, & post eius publicationem poni ad largam, inuigilando, ne ante publicationem aliquem alloquantur, ne destruat intentio Fiscii; item esum & potum præstent eis, & sponte constituti detineantur in aliquo thalamo honestiori, & seruetur consuetudo, Marf. in §. attingam, num. 15. Ang. in d. ver. fama, num. 84. & Lancellor. de Prætor. cap. 19. lib. 1. de carceratione.

21 † Rursus sunt, qui tenent capturam minimè concedi debere, nisi prius constito de delicto, vt veram practicam, & consiliium esse dicit Gomes. de delict. tit. de captura reorum, in princ. & ipse dixi supra in 1. par. nu. 184. & seq. tamen quando delictum est graue, statim debet captura committi, licet de delicto non constet, ne delinquens interim fugiat, Viui. decis. 341. nu. 12. D. Menoch. de arb. q. 88. Salyc. in l. ea quidem, nu. 7. C. de exhib. reis, Foller. pract. crim. in verb. notatos capiat, nu. 2. Fab. à Monteleo, in sua pract. arb. par. 4. vbi nu. 850. ponit, quæ requirantur antequam captura concedatur, Clar. q. 28. In regno autem debet prius constare de delicto, iux. pract. quæ tamen non semper seruatur secundum Carauit. Rit. 39. sub num. 10. vid. Bruno. à Sol. in suo crim. conf. 51. nu. 13. & 50.

22 † Sed cum captura commissio sit arbitraria Iudici, D. Menoch. d. q. 88. cum ibi per eum adduct. & Paul. Ghirl. de relaxat. carcer. nu. 8. & Iaf. in l. admonendi, nu. 174. ff. de iur. iura est tex. in l. 1. C. de custo. reorum, & in c. si clericus, de sent. excom. Salyc. in l. ea quidè, nu. 77. & in l. nullus, C. de exhib. reis, Ant. Scap. lib. 5. iuris non scripti, c. 13. nu. 3. Foller. pract. cri. d. ver. no-

tatos capiat, nu. 2. vbi dicit hoc esse verum ante contumaciam, sed post captura est necessaria, & non arbitraria, Vulpel. in conf. 74. sequitur, quòd Iudex noster, qui habet supremam authoritatem, potest statim adhuc non constito de delicto capturam concedere, vel (si ei magis placuerit) citare verbaliter reum, & in causis criminalibus ad capturam deuenitur ex qualibet causa etiam leui. Bal. in l. & si certas, ff. ad Syll. Ang. in l. item, §. quæstionis, ff. de iniur. Saly. in l. nullus, C. de exhib. Reis. testatur de comm. Vulpell. conf. 74. Alciat. in l. 1. de verb. obl. Marf. sing. 93. Add. ad Clar. q. 28. Verum cum Iudicem nostrum rigorosum esse præsupponamus, à captura incipere debet, habita relatione, vel querela, aut si viua voce verisimiliter audierit delictum fuisse commissum, Clar. §. fin. q. 24. ver. vidi. Prodest etiam interdum, vt citetur verbo reus, ne ceteri socij criminis fugiant: & quandoque ista cautela bonum mihi produxit exitum, quia omnes delinquentes bono modo se constituerunt, deinde pœnas luerunt.

13 † Præterea sciendum est, quòd etsi captura potest committi etiam in die feriato in honorem Dei, quando sumus in delictis grauib, & periculum est in mora, Bald. in d. l. fin. C. de exhib. reis, & in l. prouinciarum, C. de ferijs, & in l. dies festos, eod. tit. & per Bart. in tract. de carcer. nu. 12. tamen est aduertendum, ne immineat periculum scandali, iux. illud Euangel. Matth. c. 26. non in die festo, ne fortè tumultus fieret in populo, (quamuis Mantuæ mariolos quam plures capi mandauit in die Ascensionis Domini, & etiam torqueri, vt in seq. par. dicitur.)

14 † At nunquam captura est concedenda parti offensæ, aut interesse habenti: alioquin rixæ de rixa, & fortè cædes, aut vulnera obuenerit possent, & lites de lite, contra tex. l. apertissimi, C. de iud. vt admonet Clar. in q. 28. ver. fin. & ipse in facto habui, dum eram Prætor in ciuitate Dertonæ, in captura cuiusdam appellati Quaresima scurra Papiens. qui se recepit in domù nobilis equitis ordinis S. Iacobi, in qua ferè conflictus est sequutus, licet ipse supplantatus fuerim, & executores excesserint vires commissionis meæ, & Mantuæ tempore D. Capitanei Crotæ præcessoris mei, & coram ipso D. Capitaneo sequutus est excessus magnus in captura quorundam delinquentium, qui in Ecclesia S. Francisci se receperant, & dum capti ad carceres ducebantur occisi remansere in via publica, (vt fertur) rumore populi, quod factum recenset D. Bursat. in conf. 216. facti species, & egregie illud defendere conatur

25 vol. 2. † Igitur prudentia est cauere & prouidere, quod facillimè euenire potest, §. illud quæsitum, Instit. de rer. diuis. cum simil. & licet nemo diuinare tenetur, Specul. §. 7. ver. item quod est, de except. tamen quandoque diurnate, & bene præsumere tenetur, vt dicit Luc. de Pen. in l. quoties nu. 19. C. de dignitat. lib. 12. Est enim prudentia simulare quandoque, & dare locum iræ, sed resistere primis motibus, qui non sunt in nostra potestate, & quidem res difficillima est.

30 † Et scias quòd in captura attenditur finis; & non principium, Clar. d. q. 28. ver. sed pone, in fin. quicquid sit in tortura, vt infra dicam in 3. par. sed in delictis attenditur principium, si est licitum, quamuis finis sit illicitus: vel si principium sit illicitum, & finis licitus, attenditur quod est licitum, Clar. & ibi Add. q. 38. vbi multa in materia principij, & finis, & dicam in seq. par. Farinac. q. 42. nu. 27. An liceat armata manu pertransire per alienam Iurisdictionem absque licentia, videtur, quod non, sed non potest denegari transitus si petatur in fauore iustitiæ, cum fieri possit absque Domini, & incolarum damno secundum Ang. in l. venditor, §. si constat, C. comm. præd. vt refert Rip. trac. de Remed. ad conseruandam vbertatem, nu. 117. idem de transitu militum, quando bellum est iustum; vt supra in 1. par. num. 279. & quo ad capturam, si reus captus

captus sit in loco non prohibito, quamuis à principio esset in loco priuilegiato, captura tenet Bruno. a Sol. in suis quæst. crimin. quæst. 30. & sibi imputet reus, qui debebat morari, vbi erat securus, cap. damnatum, de reg. iur. & è contra si captus in loco licito eximat se à manibus satellitum, & fugiat in Ecclesiam, vel alium locum fori Ecclesiastici, erit tutus, per supradicta, nec inde extrahi poterit, nisi in casibus supradictis in 1. par. sub num. 85. ver. quarto præmissis, cum mult. nu. seq. † secus si captus fugiat in aliquam domum, seu palatium magnatum francorum, vt Genuæ in palatio Fassoli, Romæ in domibus Cardinalium, Bononiæ & alibi, vbi nonnulli ex nobilibus habent franchisiam in suis domibus, quia non erit tutus, vt experientia docet, nisi ab initio ibidem se recipiat, ne capiatur: sed postquam est in fortis, & fugiat ibi, non erit tutus; ratio est, quia hoc in casu franchisia læderet iustitiam, non sic à principio, arg. l. auxilium, in fin. ff. de minor. cap. bonæ, in princ. de elect. & est dispar ratio Ecclesiæ, & domus priuatæ. Nam priuilegium Ecclesiæ est de iure diuino, vt pulchrè explicat Concil. Trid. Sess. 14. super decreto de sanctissimo Eucharistiæ Sacramento, & tot. tit. C. de sacrosanct. Eccles. cui præiudicari non potest, vt supra in d. præmiss. 4. sed franchisia laicalis est concessa à Principe ob benemerita, de quibus per Ias. in l. ex hoc iure, de iust. & iur. & sic propter iustitiam distributiuam, & non contra iustitiam malorum punitiuam, nec contra bonum publicum, quo casu † inducta ad vnum finem non debent contrarium effectum operari, l. legata inutiliter, de legat. 1. Clar. in clem. 1. §. 1. de præben. Ergo ex diuersis non benè infertur, l. Papinianus, §. exuli, de minor. ar. l. illud, ff. ad leg. Aquil. & legitur de Tiberio Imperatore, qui asyloꝝ immunitates in vniuersa Rom. Imperij ditione abrogauit hac de causa, Vulpell. consil. 130. numer. 15. Sic tempore Sixti V. Pontificis sequutum est de immunitatibus domoꝝ Illustrissimorum Cardinalium abrogatis. Nihilominus caueant Berouarij, & ceteri executores ab ingressu horum magnatum domoꝝ francarum, quia arma contra eos retorquentur, vt pluries sequutum est. Sed quando atrocitas delicti postulat habere in fortis delinquentem, cautela est prius consulere Principem, & eius iussiones in scriptis postea seruare, qui Princeps ex causa potest derogare ijs priuilegijs ab eo, seu ab eius antecessoribus concessis, Boss. in tit. de priuileg. Princ. num. 27. vbi remissiuè, vbi etiam sine causa de plenitudine potestatis Princeps priuilegia immunitates continentia potest reuocare, sed Iudex supremus non, quia ad hæc non extenditur eius autoritas, nisi

33 in iudicando, cap. forus, §. Iudex, de verb. sign. † Celsante autem timore scandali executores in casibus delictorum exceptuatis, de quibus supra in 1. par. 3. præmissis, numero 48. cum seq. possunt ingredi etiam dictos domos, sed in alijs possunt auferre quæcunque obstacula, frangendo ostia, & fenestras, etiam in casibus non capitalibus, dummodò aliter ingredi non valeant, Put. de syndic. in ver. captura, cap. 5. num. 2. & 3. Iodoc. pract. crim. cap. 15. tit. de cita. reali, num. 17. Farinac. d. tit. de carcer. & carcerat. quæst. 27. num. 93. secus in executionibus realibus, quia debent habere licentiam specialem, quæ conceditur facta relatione per executores penes acta, quod obliterit impedimentum, quæ sufficit, vt vidi semper practicari in statu Mediolani, licet Farinac. d. quæst. 27. 94. in fin. dicat quòd non solet concedi licentia tollendi quæcunque obstacula, nisi prius debitore citato, vt teneat portam apertam, vtraque practica est bona, vtraque seruanda in regione sua.

Et in proposito, licet nemo de domo propria extrahi valeat, † quia domus sua vnicuique tutissimum refugium esse debet, l. 1. ad Senatusc. Clau. not. Salyc. in l. cum filius, ff. si cert. pet. & DD. in l. plerique, de in

ius voc. tamen pro iustitia, & vt delinquentes pro bono publico puniantur, l. ita vulneratus, ad leg. Aquil. delinques poterit in domo propria capi, l. 2. vbi Bald. C. de ser. fug. & Dec. sequitur in l. nemo de domo, numero 4. de reg. iur. † publicum enim interesse præferatur priuato commodo, l. 3. C. de primipilo. lib. 12. l. actone, §. Labeo, ff. pro Soc. cap. bonæ, extra, de postul. cum sim. sed debet obseruari forma iuris in capiendo aliquem in propria domo, quam formam tradidi supra in illis quatuor requisitis, numero 5. cum seq. & de hac re vide Gabr. co. conclus. tit. de criminalibus, quæst. lib. 7. conclus. 10. & Doctores in d. l. plerique, ff. de in ius voc. † Forma autem est, vt si causa non sit capitalis, citetur delinquens, vel ad eum inquisitionis libellus transmittatur, nisi sit vagabundus, aut penitus forensis, vel ingeratur pœna corporalis, & locus sit tortura, Ias. in d. l. plerique, numero 27. vers. tu aduerte quod practica Bart. idem quando obftaret statutum, vt qui non habet in gre, luat in corpore, tunc prius citato Reo, vt soluat, poterit postea capi. Clar. §. fin. quæst. 95. ver. quid si reus, Maria. Soc. in cap. ad liberandam, numero 113. de Iudicis, D. Petr. Caball. cas. crim. 77. † alioquin captus in propria domo contra formam iuris, debet relaxari, & poni in pristino statu per l. si quis, ad leg. Iul. de vi, & vi arm. & Put. de syndic. in ver. captura, cap. 4. numer. 3. vbi dicit, quòd relaxatio debet esse libera, addo sine metu, ita, & taliter, vt difficilis sit eius persecutio, Bald. in l. naturaliter, in princip. ff. de acquir. rer. dom. & alibi, vnde benè facit illud Poet. Cant. 32. stanz. 20.

Ritornami nel grado oue m'hai tolto,

Quando ne à te ne ad altri ero soggetta.

Facit Felyn. in cap. ego N. de iure iur. & Boss. tit. de captura, numero 61. & 92. vbi indebitè captus non potest retineri ex alia causa, seu ex alio delicto, sed est relaxandus sine impensa, vt in d. tit. numero 4. & 9. & quod potest impunè fugere carceres, nec ipse, nec auxiliator pœnam pati debet, vt numero 5. & infra latius dicam; imò non habetur pro confesso vigore statuti, numero 6. & licet postea confiteatur delictum spontè, non poterit ex illa confessione condemnari: secundum eundem Boss. num. 8.

Verum de facto à Iudice supremæ autoritatis seruatur aliter, nam si post capturam iniustam à principio, ex post facto illa iustificetur, tunc retinetur, (vt in practica seruatur) licet contrarium sit de iure communi, secundum Bald. & Paul. de Castr. in l. si quis, ff. de testam. sed idem Castrenf. in conspenult. in fi. vo. 1. & add. ad Bertazol. consil. 465. lit. C, † dicunt, quòd factus esset Iudex, qui carceratum indebitè relaxaret, quando captura contra eundem esset de nouo concedenda, concordat Crauet. consil. 46. numero 7. Viui. com. opin. 87. numero 7. vol. 1. quos refert, & sequitur Baiar. ad Clar. quæst. 28. ver. 1. numero 9. quod procedit etiam in iudicijs ordinarijs liberum arbitrium non habentibus, quando scilicet statim superuenerint indicia ad capturam sufficientia, de quibus Clar. quæst. 20. vers. ad inquirendum, & d. quæst. 28. in princ. & quando incontinenti indicia non superuenerint, si statim non relaxetur, Iudex tenetur in syndicato de illo excessu, quia capi fecit iniuste, & indebitè retinuit, † sed non per hoc retardatur processus defectu capture, minusque annullatur, si postea indicia superuenerint. Vant. de nullit. qualit. sent. & process. qui null. dic. defen. & repar. poss. num. 131. quæ omnia cessant in Iudice nostro, qui non tenetur seruare has regulas, dummodò sit motus pro rationabili causa, potest retinere captum donec superuenerint indicia, & potest etiam ad cautelam retinere patrem si filius bannitus sit, & non cessat delinquere, quando ex vehemènti suspitione suspicatur, quòd pater scit, & aduerte potest, & non aduertit, & de hac re dicam in materia iuris iniqui in 4. par. Petr. Caball. cas. cri. 149. qui ita

- quiritate tenet, quia Iudex noster non est adstrictus ordinibus, solemnitatibus, & alijs rebus seruandis a Iudicibus ordinarijs, vt late dixi supra in 1. part. circa princ. nu. 3. 4. & 7. & seq. & illi qui contrarium tenent, non loquuntur tanquam Practici, vi. Corset. singul. 314. in verb. statutum x. vbi de statuto Florentina, qua cauetur quod vnus de agnatis teneatur pro alio delinquente, alleg. Bal. in Rubr. C. res inter alios act.
- 40 † Et est aduertendum, quod captura non est concedenda in alienis territorijs, & iurisdictionibus, Ang. de malef. in verb. fama publica, nume. 62. & hoc non habet contradictorem, tamen sententia valet contra hunc captam in aliena iurisdictione, Bald. in l. penult. C. de execut. rei iud. Alex. in l. fin. de iurisd. omn. iud. Sed omnino cauendum est ne detur materia scandalij, & causa detinendi ad arma inter dominos in iurisdictionum, vt aduertit supra in 1. par. sub nume. 94. & in hac num. 23. quia falx non est ponenda in messem alienam, alioquin lapis in puteum iniectus ab vno fatuo vix a centum sapientibus extrahi poterit.
- 41 † Quid modo si capiendus fugerit in alienam iurisdictionem, an a familia insecutus possit capi inibi? & dico quod non est bene captus, ar. text. in l. quod ait lex, §. fin. ff. de Adulter. vbi si non licet Patri occidere Adulterum extra Domum, vt per Iacob. de Beluis. d. pract. tit. de fuga. Reor. sub num. 45. 46. & sequ. multo minus in casu isto, nisi iurisdictione sit sub eodem Principe immediatè, vel mediatè, vt in locis infeudatis, vel etiam recommendatis, Boss. in tit. de for. competent. per tot. illum tit. sed quando iurisdictione, in qua captura fit est alterius Principis, tunc non tenet, imo debet statim relaxari, nisi sint inter Principes laudabiles conuentiones, de quibus alias dicam, est tex. in l. fin. ff. de iurisd. omn. iud. Barto. in l. quid si fugitiuus, §. idem Celsus, ff. de edilit. edict. Felin. in cap. fi. col. 2. de for. competent. Boss. tit. de captura, nume. 34. Gomez. var. resol. tit. de captura, nu. 4. & 5. alleg. 60. tex. la Diuo Pio, §. sententiam Romæ, ff. de re iudic. & text. in auth. vt nulli Iudicum, §. si vero quis, collat. 9. Bald. in l. licuti, §. Aristo. ff. si ser. vendic. & hanc esse veram practicam, & tenendam dicit Gomez. d. num. 5. in fi. qui allegat Doctores contrarium tenentes, & eorum opinionem in practica non subsistere ait, & ipse semper ita practitari vidi, Iul. Clar. §. fin. q. 24. ver. sed pone, hanc comm. opinionem testatur, & Boss. in alio tit. de fauorib. defensionis, ita seruati vidit, num. 7. in fi. licet Puteus de syndic. in d. ver. captura, c. 4. nu. 1. dicit fuisse seruatum, quod fugiens e ciuitate Perusij se recepit in ciuitate Florentia, vbi fuit captus, & decisum fuit quod fuerit bene captus, verum & ipse Puteus contrariam, & veriore partem tenet, & illa decisio forte sequuta est ob pactum, vel aliquam aliam conuentionem, vt in meritis percipi potest.
- 42 † Nunc sequitur de resistentia videre nonnulla alia (vtra ea quæ superius in prima par. num. 219. 220. & seq. dicta sunt) ac de propulsanda ea verbis, & facto a Berouarijs, cum sit materia valde quotidiana, illam breuiter, ac resolutiue tractare decreui per nonnullas conclusiones sparsim a Doctoribus tactas, & hic collectas pro faciliori practica larrunculatorum.
- 43 † Ne alieno laboris, tacito authore, vsurpator videat, de hac resistentia materia copiose scripserunt, vt refert Baiard. ad Clar. q. 29. num. 10. Afflict. consilium, num. 78. vsque ad fin. & Chass. in consuetud. Burg. tit. Des Iustices, & droices, §. 7. Rip. tract. de remed. ad confer. Huber. nu. 89. Felin. in c. si quando, de off. deleg. Bolog. in l. vt vim, de iust. & iur. & Farin. latissime, d. q. 32. a nu. 88. cum plu. seq. & ibi per eum adduct. facit Put. de synd. in ver. resistentia, & in ver. captura, c. 3. & 4. Verum, quia tradunt etiam de resistentia, quæ fit in causis ciuilibus, de hac materia non loquitur tractatus noster, sed de causis criminalib. æque grauib., & ipse secundum subiectam materiam ca-
- pruræ nonnullas conclusiones pro faciliori practica, hic tradere volui, vltra ea quæ dixi in 1. p. n. 218. & seq.
- 44 † Prima conclusio erit, quod captura concedatur ab habente iurisdictionem cum illis quatuor qualitibus narratis, num. 5. cum mult. seq.
- 45 † Secunda conclusio est, quod executores publici, vt Berouarij, Commentarienses, & farelites sint notati, seu notati penes acta curiæ, vel in rolo Baricelli, vt de more, & sint iurati, Put. in ver. Syndicus, cap. 1. in princip. & habeant in scriptis mandatum capturæ in casibus mandatum requirentibus, vt illud ostendere valeant in actu executionis, sicut dixi in 1. par. numero 220. & in hac num. 34. Farinac. d. q. 32. num. 31. & seq. ne capiendus per visionem licentiæ instruat ad fugam, cautela est illum prius capere, postea statim ostendere licentiam si petat, alioquin si ostenderetur licentia ante capturam presumitur contra officialem, qui non euadet impunitus, si capiendus fugiat, Farinac. d. q. 32. num. 19. & 21. & de alijs, ob quorum præmonitiones capiendi fugerint, vide Cagnol. in l. vnicam, §. 15. videtur, nu. 47. ff. si quis iusd. non obtemp. & Gomez. de delict. cap. 3. num. 50. qui dicit puniri pœna extraordinaria, iuxta delictorum qualitates, Cassan. consuet. Burg. rubr. 1. §. 7. ver. 3. concl.
- 46 † Tertia conclusio est, vt bene aduertat Iudex, ne se in captura intromittat, quia Iudex dicitur à iudicando, non autem ab exequendo, cap. forus, §. Iudex, de verb. sign. & qui facit quod ad eius officium non spectat dicitur facere vt priuatus, cui non est parendum, l. non videtur, §. qui iussu, de reg. iur. & non tenet, Felyn. in c. cum ordinem, de rescript. Vant. de nullit. tit. qualiter sent. nu. 58. & quot modis iniuria fieri dicitur in 4. p. in ver. reconuentio, cir. fi. & quando iniuria afficiat, vide Decia. de delict. tit. de iniur. caus. lib. 3. tom. 1. & reuera Iudex valde erraret in dedecus suæ dignitatis, & faceret actum irreparabiliter præiudicialè subdito. Nam captura siue iusta, siue iniusta affert malum omen, & non possit fama iam publicata reuerti, quamuis Iudex relaxaret captum. Vnde regula, l. nihil tam naturale, de reg. iur. in hoc locu non haberet: ad hæc vide Caualean. decis. 21. nu. 76. p. 1. Nam fama bona, vel mala statim, atque ex ore prodijt in infinitum augetur: & ideo factum de facto contrario imperio hoc in casu non auferetur. Captura enim regulariter irrogat infamiam, Caualea. decis. 1. nu. 128. p. 1. & factum de facto tolli non potest, quando ius ex eo est acquisitum parti, l. non dubium, Cod. de leg. † Vltra quod Iudex gerendo officium executotis redditur infamis, tot. tit. ff. de his qui not. infam. & a Iudice iniuria inferitur, ar. l. si quis prouocatus, de appell. quæ iniuria vindicari statim potest propria autoritate, quando non adest superior, ex quo non potest adiri Iudex, cum sit ipse iniurians, quando etiam poneretur in desisum, si recurret ad superiorem, Gramma. decis. 32. & propulsatio dicitur facta in contingenti si fiat die sequenti, D. Menoch. consil. 107. num. 40. vo. 2. statur arbitrio Iudicis, Boer. decis. 168. num. 6. sed ab executoribus non licet iniuriam vindicare, Bar. & alij in l. ab executione, C. quor. appell. non recip. l. nec magistratibus, de iniur. † Nam executores non sunt capaces iniuriarum actionis, nec actiue, nec passiuè, quia sunt infames infamia facti, & sunt vilissimi, Bero. q. 84. refer Baiard. ad Clar. q. 24. nu. 67. nisi iniuria facta illis datur facta in vilipendium domini, §. paritur, & §. seruus autem ipsis, Institut. de iniur. l. apud Labeonem, l. sed & si vnus, §. ait Prætor, cum §. seq. de iniur.
- 47 † Quarta oritur conclusio, quod non licet reuocandis ex post facto ad vindictam percutere, vulnere, multo minus occidere executores, quamuis excesserint; At Iudici iniuste aliquem capienti licitè resisti potest, ex quo cessat in eo præsumptio ignorantia, tex. & DD. in l. error, C. de iur. & fac. ignor. et resistere facto licet, et etiam illu occidere, per text. in l. nihil

- de effrac. carcer. & Put. d. ver. captura, c. 4. num. 4. vbi aduertit illum text. l. nihil habere locum in hostibus, & in Iudice, non autem in executoribus, quod esse verum Doctores communiter dicunt quando Iudex notorie iniuste retinet, vel exequitur, l. prohibitum, C. de iur. fisc. lib. 10. & quando grauamen est irreparabile, nec reparari posset nisi resistentia facti vulnerando, aut occidendo, Fel. in d. cap. si quando, ver. tertio fallit de offic. deleg. vbi quatuor modis limitat resistentiam iudici faciendam, quem refert Afflic. in d. constit. pacis
- 49 cultum, num. 81. cum seq. † In dubio tamen non est resistendum Iudici facto in executionibus realibus, sed protestandum quia dicitur Iudex minister Dei, c. non solum, c. quia malos, 24. qu. 5. Put. in ver. resistentia, c. 1. nu. 2. Afflic. constitut. pacis cultum, nu. 84. dixi 1. par. n. 22. nisi exequeretur iniuste in persona damnatum, quod esset personale irreparabile, Pet. de Anc. in reg. ea quae a Iudice, de reg. iur. in 6. tex. l. 2. ff. si quis in ius voc. non ier. Affl. vbi sup. nu. 84. potest etiam resisti Iudici de facto iniuste exequenti circa res impediendo ne auferantur, quando damnum est irreparabile, sed resistentia non debet villo modo fieri in persona, intueno rem suam iniuste ablatam, secundum Fel. in d. c. si quando, verum nos loquimur de resistentia ex causa capturae fienda, non autem de resistentia faciendam iniustis praecipis, sententijs, & executionibus realibus, de quibus per Put. in ver. resistentiam, cap. 1. num. 8. & cap. 2. num. 3. vbi resistentiam debere fieri legitime, non effrenate.
- Et quo ad resistentiam ob executionem personalem factam a Iudice hoc perraro occurrer, nisi Iudex sit factus, & facti a factis tractari debent, ad praedicta vide Farinac. d. q. 32. a nu. 88. cum mul. seq.
- 50 † Sexta conclusio est, quod exemplum a Farin. traditum d. q. 32. nu. 77. & relatum ab eo nume. 108. non quadrat in personam Iudicis, qui etsi non obstante appellatione, exequi mandat poenam corporalem, nihilominus si plectendus poena eximatur a manibus officialium, qui offendantur in eodem facto, resistentia dicitur facta officialibus, & non Iudici, nec dicitur lesa publica iustitia, quia iustitia non est, vbi cadit iniquitas, sed iniustitia, §. 1. Instit. de iust. & iur. & tot. tit. ff. eodem.
- 51 † Septima conclusio est, quod nunquam publicis executoribus resistendum est, siue quoad executiones personales, siue reales; ratio est, quia ad eos non spectat cognoscere de viribus mandati, Bart. in l. prohibitum C. de iur. fisc. lib. 10. DD. in l. a Diuo Pio ff. de re iudic.
- 52 † quia merus executor facti nihil potest cognoscere, l. executorem, l. si vt proponis, C. de execut. rei iud. Bero. decif. 170. per tot. sed duntaxat exequi debet D. Menoch. de arb. iud. q. 38. nu. 20. & 21. Hinc est quod Berouarij non tenentur, si aliquem de mandato Iudicis ponunt ad torturam iniuste, per l. non videtur, §. quod iussu, de reg. iur. Put. in ver. familiaris, siue familiaria potestatis, num. 3. ver. familia potestatis ducens, & Bar. in l. excusantur, ff. de infam. vbi singulariter dicit, quod si potestas mandat aliquod illicitum, & a Berouarijs exequatur, ipse, & non Berouarij tenentur, nisi notorie constaret de iniustitia, quia executor expecta re, seu supersedere tenetur, D. Menoc. vbi supra nu. 23. imo parere non debet Iudici iniuste mandanti, Put. d. ver. resistentia, cap. 1. num. 7. maxime quando damnum est irreparabile, Fel. in d. c. si quando, col. 2. ver. tertio fallit, de off. deleg. Clar. §. si q. 28. ver. sed hic incidenter, Gramm. conf. 56. nu. 16. 17. & 18. Affl. decif. 206. nu. 3. & 4. si rem potest resisti, quando contra formam mandati executionem facerent, vel mandati fines excederent in exequendo, tex. gl. & DD. in d. l. prohibitum, vbi Luc. de Pen. ver. & no. resistentia, nu. 1. & ibi Ap. stil. l. ita Farinac. d. q. 32. nu. 101. & 162. & tam in executione reali, quam in executione personali idem respectiue tenendum, prout supra de Iudice
- 54 dictum est, & per Farinac. d. q. 32. nu. 121. † vbi tenet resistentiam fieri debere, quando alia via, vel alio modo occurri, & obuiari non potest executioni iniusta, & sic resistentia in subsidium fit, cessante omni alio iuridico remedio, & in hoc proposito, scias quod nec Inhibitio, nec Denuntiatio sunt titenda quando sunt praedicti irreparabilis, & copia Iudicis haberi non potest, & periculum est amissionis iurium, secus si Iudicis copia haberi potest, nam tum spiritu inhibitione causaretur attentatum, Rot. Rom. Decifio. 26. alias 307. nam vt dictum fuit de excommunicatione, siue iusta, siue iniusta timenda, sic de inhibitione, & denuntiatione, quae sint via iuris facta. Quia ea est natura inhibitionis, vt faciat multoties attentatum quod alias non esset attentatum, vt multa exempla trad. Lancelot. de Attentat. dict. Tracta. cap. 20. ampliat. 1. & si oriretur scandalum, non excusatur, qui spreuit inhibitionem, & illi resistit, late Fely. in cap. 2. de praeser.
- 55 † Octaua conclusio erit, quod si resistentia fit verbis tantum, non licet officialibus illam propulsare, secundum Bal. in auth. omnino, nu. 14. C. ne vxor pro marit. & ratio est, quia propulsatio requirit manuale resistentiam, l. milites, §. irreuerens, de re milit. probat Luc. de Penna per illum tex. in d. l. prohibitum, nu. 20. ver. dic quod resistere, C. de iur. fisc. lib. 10. & tenet Farinac. d. q. 32. nu. 45. Put. in d. ver. resistentia, c. 2. col. 2. per l. 2. de deserto, & nu. 4. vbi dicit illum etiam resistere, quia pertinaciter insisit obijciendo manus; & in executionibus fit etiam resistentia per retentionem rei, & elausuram ianuae domus. Est & alia ratio, quia executores non sunt capaces actiue, nec passiuè iniuriam actionis, vt dixi supra ius tertia regula, & non debent
- 56 curare de verbis, † quia verba non impediunt, sed facta, nisi essent verba minatoria ab eo, qui minas executioni mittere fit solitus, & manu promptus est, de quibus minis per Clar. §. homicidium, versic. sed quomodo, ibi non enim tenetur, Grammat. decif. 5. Thob. Noni. conf. 109. Bertazol. conf. 433. & 434. nec sufficit quod sit manu promptus, sed quod adhuc non sit ligatus a Berouarijs, quia si est ligatus, parum refert canis latratus; si est solutus, & captura fiat pro causa criminali graui, & aliter illum capere non possunt, nisi resistentiam facti propulsando, tunc excusantur officiales si percusserint, aut vulnerauerint illum, nec etiam euaderent poenam in statu Mediolani verbis tantum resistentes executoribus, vt in No. constitut. in titu. de prohib. execut.
- 57 † Nona regula est, quod si capiendus pro causa non capitali resistat leui pugno, vel leui baculo, non licet executoribus illum vulnerare lethaliter, vt punctum in ventre, vel caesum super cerebro, vel pulsu, Brun. de indic. q. 3. nu. 4. Capic. decif. 58. quia & si vim vi repellere licet, l. 1. de vi, & vi arm. l. vt vim, de iustit. & iur. tamen pro modo, & qualitate resistentiae propulsatio fieri debet, iuxta illud, par pari referto, & mutua delicta pari compensatione soluenda, l. viro, atque vxori, in fin. solut. matr. & propulsatio debet fieri moderatè, sicut dicitur de resistentia, Put. d. ver. resistentia, cap. 2. nu. 3. & dicam in 14. concl.
- 58 † Decima regula, quod si resistentia fiat remotè cum armis sine laesione, licet Berouarijs cum armis, vel aliter propulsare pro retinendo, & deducendo captum, etiam si laedant illum resistentem in causa graui non capitali, sed non vt occidant; at quando non sunt laesi a capto, & immineret periculum scandali, si vulnera sequerentur, potius deserere capturam debent, quando captura fieri non posset, nisi percutiendo, aut vulnerando, Farinac. d. quæst. 32. num. 57. & 58. ast si officiales offendantur, tunc licet scandali timor immineret, nihilominus, si & ipsi captum offendant, excusantur, quia primi motus non sunt in nostra potestate, Afflic. in constitut. asperitatem, in 7. nota. Grammat.

mat. conf. 56. num. 17. & 18. At si nondum fuerit captus, & fugerit cum telo, & non læserit Berouarios se insequentes, non licet lædere illum, Farinac. d. q. 32. nu. 45. & 56. secus si admenauerit contra eos, secundum Bald. in l. si vt allegas, C. ad leg. Cornel. de sic. at si vitra admenare etiam feriat, tunc impunè etiam occidi potest, & ita intelligendus Baldus loco citato.

59 † Vndecima regula est, quòd in casibus grauibus, si aliter delinquens capi nequeat à satellitibus, nisi cum percussionibus, & etiam vulneribus, hoc Berouarijs licet, Boer. d. decif. 170. Gomes. in d. tit. de captura, & alios quos adducit Farinac. d. q. 32. nu. 43. Put. in ver. resistentia, col. 5. cap. 1. ver. adde, sed etiam potest occidi, Fab. à Monteleo, in sua pract. ar. in 4. par. nu. 32. Boss. de captur. num. 12. cum seq. Hoc verum existimo, si casu & præter animum occidendi in captura occidatur, secundum casum Baldi in l. fin. nu. 5. C. de exhib. reis, relatum à Farinac. d. nu. 43. quia cura principalis est capere, licet in consequentiam contingant vulnera, aut homicidium. Et in hoc proposito vi Bolog. conf. 33. sub num. 13.

60 † Duodecima regula est, quòd licet etiam occidere capiendum pro delicto capitali, si aliter capi nequeat, secundum Farinac. d. q. 32. nu. 49. & 53. vbi procedere ait, quando haberent in mandantis ducendi illum viuum, vel mortuum, quo casu prius curare debent totis neruis, vt capiant viuum, si minus occidendo excusabuntur in foro fori propter mandatum Iudicis, l. non videtur, §. quod iussu, de reg. iur. at si ex abrupto occidant, tenentur de homicidio, l. 1. ff. ad leg. Cornel. de Sicar. argumento eorum, quæ tradunt Doctores in l. non ideo minus, C. de accusat. & faciunt dicta sup. sub reg. septima, sed in bannitis, & alijs sceleratissimis personis, de quibus sup. in 4. præmiss. p. 1. diximus, nu. 92. hæc pœna, nec alia minor locum haberet, nec contra infideles delinquentes, quia contractales, de facto, id est, manu regia, ita exponit Put. in ver. latro, c. 1. sub nu. 2. procedi potest, Bald. in l. nõ solum, §. mandato, ff. de iure iur. Canon. in c. pro humani, de homic. in 6. & tanquã diffidari à quolibet occidi possunt impunè, l. 1. C. quando lic. iud. & in l. 3. §. trãsfugas, ff. ad leg. Corn. de Sicar. Farinac. d. q. 32. nu. 76.

61 † Decimatercia conclusio est, quòd si captus emerit se cum telo à manibus familia, & eam vel aliquem ex ea offenderit, quòd tunc in persecutione licebit eum vulnerare, vt supra in 11. conclus. sed ex interuallo postquam à manibus, & oculis eorum euauerit, & ipsi persecutionem deseruerint, non licebit

62 executoribus illum occidere, † quoniam hoc modo homicidium non confunditur cum resistentia, Bertazol. conf. 205. Ratio est, quia cum ad alios actus extraneos Berouarij se conuerterint relicta persecutione, deinde eum repertum occiderint, dicuntur plura delicta, vnum ex parte delinquentis, alterum ex parte executorum, diuersæ tamen speciei, temporis & personæ, de cuius materia apud Bartolum, in l. hos accusare, §. 1. de accus. Baldum in l. cum rationibus, C. qui accusar. non poss. & dicam in 4. par. at si reperto capiendo illum tentantes capere contingenter occiderint impunè euadent, vt in præcedenti concl. & hoc modo homicidium confunditur cum resistentia.

63 † Decimaquarta conclusio erit (quam pro regula haberi oportet ad omnes supradictos casus.) Primò, quòd resistentia in dubio est prohibita, vt in quinta conclus. Secundo resistere licet, quando captura est iniusta, & quando dicatur iniusta, vide Bossium in tit. de carcere, nu. 18. vbi remissiue, A. sin. tract. de execut. §. 2. cap. 16. & 17. & fieri non dicitur resistentia, nisi actualiter manualis sit, & sic de facto fiat, vt dixi in 2. conclusione. Tertio, resistentia debet fieri incontinenti, & non ex interuallo, vt in 3. & 13. conclusio. Quarto, resistentia debet fieri temperatè, & non effrenatè, vt in 9. conclus. Quintò, resistentia fieri debet ne-

cessitate exigente, vt verificatur quando non potuit quis aliter euadere periculum personæ, famæ, seu honoris, vel rerum, nisi cum tali resistentia, vt in 7. cõcl.

Quando autem resistens dicatur excessisse moderamen inculpatæ tutelæ residet in arbitrio Iudicis, D. 64 Menoch. de arbitr. iud. cas. 277. & 278. † Et è contra propulsatio ex parte Berouariorum est licita, quando resistentia a parte capturandi est illicita, vt in 1. & 2. conclus. Secundo, non licet propulsare facto verba iniuriosa dicta Berouarijs, vt in 3. & 8. conclus. Tertio, nec licet ab executoribus propulsare, nisi in continenti, vt in d. 3. 10. & 11. conclus. Quarto, propulsatio debet fieri cum moderamine inculpatæ tutelæ, vt in 9. conclus. facit Ang. de malef. in ver. verba iniuriosa, vbi Ang. vers. quid plura si aliquo dicto, vel facto, nu. 10. Placa epit. delic. c. 1. nu. 21. & quando quis facere dicitur aliquid cum moderamine inculpatæ tutelæ tractat Fel. in conf. 50. nu. 13. & seq. Ang. de malef. in ver. dictus Titius, nu. 26. Clar. §. homicidium, ver. scias tamen, Farin. de indic. & tor. q. 51. num. 58. & residet in arbitrio iudicis considerandum factum cum suis circumstantijs, & qualitas causæ & personarum. Quinto non licet Berouarijs vulnerare, minusque occidere quemquam, etiam in causis capitalibus, nisi resistat cum telo in d. 10. concl. & in alijs casibus de quibus ibidem, & in 11. 12. & 13. concl. sexto, propulsatio quouis modo fiat requirit prouocationem facto ita & taliter, vt propulsatio dicatur secuta causa data, & contingenter, & non data opera, vt in 11. & 13. concl. Quibus omnibus ita consideratis, facilis erit excusatio, hinc inde, & oia erunt arbitranda a iudice per supradicta.

65 † Verum in iudice nostro supremæ autoritatis omnis resistentia esset damnosa, propter eius supremam potestatem, & dignitatem, l. si quis ex aliena. & in l. 1. ff. si quis iusd. non obtemp. Put. in d. ver. resistentia, c. 2. sub num. 2. in fin. col. 2. vbi de potestate in magna dignitate constituti, sed recurrèdum est ad Principem si tempus dabit, & damnum non sit irreparabile, vt in 7. conclus. per ea, quæ limitat Fel. in d. c. si quando, vers. tertio fallit, alioquin facta tenent, l. patre furioso, ff. de ijs, qui sunt sui, vel alie. iur. & Put. de syndic. in

66 ver. resistentia, c. 1. sub num. 5. in fi. † dicit quod licet resistere Iudici iniuste condemnanti, ne condemnatus ducatur ad mortem, quia tale iudicium est simile violentiæ latronum, & dicit quod sicut licet resistere latronibus, licet resistere malis Principibus, secundum Luc. de Pen. in d. l. prohibitum, C. de iu. fis. & Put. re-

67 putat hoc singulare dictum. † Sed reuera de Principibus non recognoscentibus superiorem, nephas est loqui dubitatiuè, vel correctiuè, & solet dici (de Principe nihil) quod est verum particulariter, tangendo personam Principis, sed loquendo de eo generaliter id, quod de iure est, hoc licitum est, vel nisi Princeps mandet sibi responderi, §. responsa prudentum, Inst. de iur. nat. gent. & ciuil. nec est Principibus resistendum, nisi circa ea, quæ sunt contra Deum, vt per Io. de Ana. in c. literas, n. 6. de restit. spol. In cæteris vero aut est supersedendum, donec rescribatur (vt dixi in 4. p.) vel est eis obediendum, vel fugiendum, iactando cor tuum in Domino, & dicendo, Domine vim patior, responde pro me, quia contra stimulum calcitrare nõ valeo, & vide in hac resistentiæ specie And. de Iser. in const. vt participatio. & in const. de homic. vbi ponit de Rege, qui aliquem particulari odio prosequitur volens occidere, quia innocens potest resistere, quia hæc defensio est licita de iure naturali, & diuino, l. vt vim, de iust. & iur. l. 3. §. cum igitur, C. vnd. vi, secus si Princeps persequitur rebellem, vel delinquentem, vt refert Puteus exemplum de Rege Manfredi, in d. ver. resistentia, c. 1. nu. 3. vi. sup. in 1. par. sub 67. adde Baiar. ad Clar. §. l. e. Maieft. sub nu. 11. & per Carrer. pract. nu. 87. in præf. Affl. tit. qui sint Regal. c. 1. Dec. d. tit. to. 1. c. 49. nu. 25. de crim. l. 1. Maieft.

- 68 † Reliquum est videre in hac materia resistentiæ, an conuocato ab executoribus auxilio particularium personarum, seu populi pro capiendo malefactore, vocati teneantur parere? Respondendum si habent hanc facultatem in mandato capturæ, vel aliter, dummodo habeant in scriptis vocati tenentur parere, Bald. in l. si quis in hoc genus, C. de episc. & Cler. Angel. in l. 1. C. de agger. Nil. non rump. vbi punirentur si inobedientes essent tanquam auxiliares in negligendo, Afflic. super constitut. Castellani, car. 56. & 157. Si vero non constet de huiusmodi facultate, non tenentur, at semper a rusticis cum fustibus, & laternis familia associari solet cum delinquente capto ad carceres (præsertim in Ducatu Mantuæ) † sed non debent rustici vexari sumptibus pro alimentis Berouariorum, & equorum, Rip. tractat. de remed. pest. contr. pest. numer. 212. & Foller. in ver. notatos capiat, numer. 17. tamen statum consuetudinis; secus de iure per dicta iura, nisi a statuto vel ordinibus aliud dispositum sit, prout Mantuæ, & alibi, vt vidi, quod est verum quando publica iustitia læderetur, vel pro publica iustitia auxilium necessarium peteretur, vel quando officialibus magna contumelia facta esset, quia prouinciales tenentur accurrere, sicut quilibet priuatus in auxilium iustitiæ, Capic. decisio. 130. numer. 69. Put. in ver. familiaris, siue familia potestatis, vbi pulchrè, & dicit quod isti si offenderint captum, vel occiderint erunt turti, per DD. in l. Gracchus, de adult. At infirmi, senes, mulieres, infantes, & alij circa res publicas occupati non tenentur accurrere, Ang. d. l. si quis in graui, ff. ad Senatusconsu. Syllan. Sed quando ageretur de particulari, & iusto interesse Principis etiam non vocati tenentur succurrere statim propter naturalem obligationem, & vinculum originalis iuramenti fidelitatis præstitæ, tit. feud. quæ sit for. fidel. præst. trad. DD. in l. grauis, de adult. & in proposito, Put. de syndic. in ver. familiaris, siue familia potestatis, num. 2. circa fin. & in cap. 3. sub num. 1.
- 70 col. 2. ver. quod licet subditi. † Et est notandum, quod Baricelli debent tenere, & mittere numerum sufficientem Berouariorum, iuxta conuentionem, & consuetum, & secundum qualitatem capturæ, alioquin incolæ non tenentur parere, nec eis succurrere, si petant auxilium, & si aliquis priuatus cœperit malefactorem, & in eo capiendo aliquid expenderit, poterit illud recuperare ab officiali, vel a fisco. Clar. q. 29. ver. vnum tamen nota. Paris. Put. de syndic. in ver. salarium, §. si officialis, num. 7. Ang. in auth. de collat. §. iu bemus, Niger. in cap. frequens, nume. 106. & alij quos alleg. Baiar. ad Clar. q. 29. num. 20. & de Bargell. habes per Bart. in l. 1. C. de naut. lib. 10. & per Bal. in l. data opera, C. qui acc. non pos.
- 71 † Et vice versa licet etiam subditis conuocare amicos, & vicinos, & consanguineos ad reprimendam grauem, notoriam, & irreparabilem iniuriam Iudicis vel insolentiam eius officialium, & publicorum executorum, Bar. in l. si quis in seruitute, in fin. de fur. per l. deuotum, vbi Luc. de Pen. & Bar. C. de metal. lib. 12. & quilibet de populo poterit resistentiam facere pro alio, 11. q. 1. cap. si quis episcopus, & per alia allegata a Put. d. ver. resistentia, c. 1. & 2. per tot. vbi nu. 4. dicit, quod nec resistens, nec eius auxiliares pœnam aliquam incurreret, per l. hostes, de capt. & in tit. qui sint rebelles, Luc. de Pen. d. l. prohibitum, nu. 5. de iur. fisc. lib. 10. Non enim licet sub mantello publicæ iustitiæ liuorem explorare, vel latentem odio vindictam vel iustitiæ sumere, nec alienum sub prætextu religionis occipere, nec amicum tradere, cum hæc Tyranniam sapiant, secundum Bartolum in tractat. de Tyran. col. 4.
- 72 † Secus si seditiosè hoc fecerint; nam incurreret pœnam rebellionis concitando gentem, & aduersus iustam Principis iustitiam, l. capitalium, §. solent, ff. de pœn. Bal. in l. obseruare, §. nunquam, ff. de off. proconf. & legat. Carer. præf. crim. in l. obseruare, & Boer. in trac. de seditio. Capic. decis. 130. Fab. a Moteleo. præf. arb. p. 4. nu. 579. DD. in l. 1. vbi quot modis concitatur seditio. C. de seditio. idem quando quis solus, vel cum alijs impedit officiales capere malefactorem confessum, vel conuictum, secundum Angel. in conf. 74. nu. 16. inter conf. crim. diuer. tom. 1. Guid. Pap. decis. 579. Bursa. conf. 216. vo. 2. & nota, quod seditio pluribus modis fit, vel concitando gentem currendo turbulenter per ciuitatem acclamando arma, arma, per dicta iura, & Boss. tit. de seditio. nu. 17. & etiam quando publica iustitia læditur absque vlla causa, sed quia mali ægre ferunt illam, & concitant plebem aduersus Magistratus, & officiales, vt occiduntur, quod est crimen læsæ Maiest. in secundo capite, cap. si quis, 6. qu. 1. l. quisquis, C. ad leg. Iul. Maiest. secus si priuato odio, & non in contemptum iustitiæ fiat; nam dicuntur seditiosi, & pœna est capitalis vltimi supplicij, vt not. glof. in l. fina. ad leg. Iul. Maiest. & non pœna rebellionis; Item seditiosus dicitur, qui in consilio generali non finit res publicas tractari, nec vota dari, sed turbulenter verbis aut factione sua impedit, etiam deueniendo ad arma. Arno. sing. 57. vbi dicit tales eiciendos, & expellendos a ciuitate, quia pacis turbatores dicuntur seditiosem in populo concitantes, & possunt eijci a ciuitate, per d. l. capitalium, §. solet, ff. de pœn. Boss. in tit. de pœn. Afflic. in tit. quæ sint regalia, in verb. pœnarum, & Boer. d. tract. de sedit. cum discordiæ ciuiles peiores sint criminalibus, quando fiunt in populo, vt de imperio Romanorum exempla vndique extare dicuntur, vnde versiculus.
- Roma quanta fuit, ipsa ruina docet.*
- Et in materia seditio num plura recenset Decia. tract. delict. tit. de coniu. fact. & seditio. lib. 7. c. 7. n. 16. & 17.
- 73 † De fide autem danda Berouarijs, ac alijs officialibus, vt nuntio, syndico, & publicis executoribus, vltra ea quæ tradunt Bartolus, & alij in l. 1. §. cura de offic. Prætor. & in extrauag. ad reprim. in ver. per nuntium vide. Spec. tit. de citat. §. sequitur, Ang. in præf. in ver. necnon ad denuntian. Maran. de ord. iur. in 6. par. de citat. nu. 33. Mascart. de prob. conclus. 189. vo. 1. & conclus. 10115. vo. 2. Boss. in tit. de denuntian. num. 12. & quicquid sit in executionibus, quæ pro causis ciuilibus fiunt dico quod in materia resistentiæ factæ iniuste Berouarijs modica fides datur (nisi in inquirendo regulariter)
- 74 Farin. d. q. 32. de carcer. nu. 80. & seq. & in practica seruat quod recipiuntur dicta Berouariorum, & fit visitatio eius qui corporaliter a resistentibus offensus remansit, & confrontatur eius dictum cum examine aliorum Berouariorum, & si aliter ab alijs (nequaquam interessatis) veritas haberi non potest, & concordent, & concurrent alia cœmectura, & præsumptiones veri similiter, tunc Berouarij fidem faciunt, etiam ad torturam; nam quæ singula non probant, multa simul iuncta tenent, c. causam, de prob. Mascart. d. conclus. 189. nu. 6. D. Meno. de arb. cas. 112. nu. 14. Alciat. de præsump. Reg. 3. præsump. 14. reg. 5. præsumpt. 4. sequitur Farin. d. q. 32. nu. 73. vbi alleg. Aemyl. de test. in ver. testis Berouarius, Clar. q. 24. ver. vidi. cum seq. multo magis fidem facient, & non facient Iudici nostro, qui sola veritate nititur, & potest secundum consciētiam iudicare, imo solis Berouarijs credere posset. In ijs quæ ad eorum officium spectant vt in 1. par. sub nu. 217. sed non credere ex causa alijs fide dignis, † cum omnis probatio sit Iudici arbitraria, l. 3. ff. de test. ibi tu magis scire potes, præsertim iudici qui liberum & absolutum arbitrium habet, & non limitatum. Sed non est credendum illi Berouario, qui remansit capite rupto a resistente, secundum Fran. in c. cum parati, n. 36. in fi. de app. Gui. Pap. dec. 557. sed fides præstatur quando (vt dixi) ceteri officiales conueniunt, nec ab alijs veritas sciri potest, & alij testes haud interessati attestacionib. Berouariorum non contradicunt, & eo magis stante mala qualitate delinquere soliti, per ea quæ dixi supra conclus. 12.
- † Regulari-

76 † Regulariter autem eis non creditur, vt dixi, quia multum de fide huiusmodi officialibus diminuitur, vt inquit Mascard. d. conclusio. 189. Nam a communiter accidentibus Berouarij sunt mendaces, fraudulentij, iactatores, pauidi, inertes, malitiosi, voraces, & ebrij, quorum finis est in miseria mori, ex quo vt plurimum morbo gallico laborant, & qui diu latrunculator fuit, testimonium perhibet de illis, & experientia aliena docet, Farinac. d. q. 32. nu. 61. In Spoletinis fallentia esse potest, quia mos prouinciæ illius facit in colas (nō loquor de ciuibus) Baricellos & Berouarios, & qui existimant talia officia sibi decori, honorique esse, ambiētes vocari sub nomine Capitanei, alioquin indignantur, vt euenit Francisco Toto Spoletino, dñi esset vnus ex quatuor Baricellis in alma Genuæ ciuitate, propterea quod exiitit a vulgo delusus, & appellatus Alussa Bale, idcirco relicto ob verecundiam officio se contulit in ciuitatem Dertonæ, vbi me Prætorē existente more solito inseruit pro Caualerio magis verbis, quam facto. † Et circa huiusmodi relationes Berouariorum, si aliter statuto non caueatur, sunt faciendæ statim, sed non præcipitanter, vt inquit Bald. in l. 3. col. 3. vers. in tex. mox cognitum, ne delinquenti tempus sit componendi sarcinulas, & fugiendi cum eis, & interim subornentur testes, & fiat impostura, quam Medici emplastrum appellant. Nec refert si de nocte, vel diebus feriatis in honorem Dei relatio fiat

77 † quia solemnitates feriarum in honorem Dei introductæ sunt de iure humano, vt dicit Barto. in l. filiusfamilias, ff. de donat. sed sanctificare dies festos est de iure diuino, l. dies festos, C. de fer. modus autem de iure humano, quo ad solemnizandum conferunt dicta in 1. par. sub num. 174. & sequē. in materia citationis: nimirum si captura, tortura, & visitationes cadauerum, seu vulneratorum in die festo fiant. Anton. Columb. in for. proced. extraord. in controuer. crim. art. 22. secus de iure ciuili, & in causis ciuilibus, quia relationes nuntij sunt faciendæ in diebus iuridicis tantū, Paul. Castr. sing. diuerso. sing. 21. nume. 1. & licet non

78 † fiant statim, non patitur nuntius pœnam, † quia tota dies citationi cedit, vt inquit Vant. de nullit. tit. de nullit. ex defec. citat. nu. 72. in fin. & Foller. pract. crim. in ver. fiat relatio.

79 † Et quia nominaui syndicos ad denunciandum maleficia, idem tempus ab eis obseruandum esse, & isti non possunt eligi nisi a Iudice supremæ autoritatis, vel a decurionibus cum autoritate Iudicis, Put. de syndic. in verb. syndicus, cap. 1. num. 5. & hic referre placet, quod etiam refert Baiardus ad Clar. q. 7. nu. 10. & 11. † quod syndicus, qui infra quatuor dies referre debet pœnas acta curiæ, si intra illud tempus remoueatur, nihilominus ad eum, & non ad successorē spectat relationem facere, Baldus in rub. extra de constitut. num. 28. alius est casus, quod si quis vulneratus intra quatuor dies datos ad faciendam relationem moriatur, ipse syndicus non tenebitur, si de vulnere, eo viuo, intra quatuor dies relationem non fecit, dum modo infra alios quatuor dies a die mortis de morte relationem faciat, Bald. in l. ita stipulatus de verb. obl. Verum in practica non ita facile excusabitur, ex quo per dictum, & assertionem vulnerati magis de veritate constare potuisset. † Sed an syndicus excusetur errans in relatione, vt si delicta leuia, vel nocturna non reuelet, & de alijs multis quæstionibus, vide vltra alios Put. de syndic. in ver. syndicus, nume. 4. vers. officiali posito, & num. 5. vers. seq. Prob. ad Io. Monac. in cap. vt animarum, num. 74. & 77. de constit. in 6. Fel. in cap. de cætero, col. fin. vers. ad vltimum, Dec. in regula culpa caret, num. 11. de reg. iur. Ro. confi. 7. Clar. q. 14. vers. item quæro, Boss. in tit. de captura, num. 50. Farinac. de indic. q. 47. num. 21. vbi de validitate eius dicit & in tit. de accusat. q. 12. nume. 52. Decia. de delict. tit. alieno nom. qu. in. lic. accus. cap. 36. nu. 8. lib. 3. tom. 1.

Prob. ad Io. Monac. in cap. vt animarum, nume. 74. & 77. de constit. in 6. Fel. in cap. de cætero, col. fin. vers. ad vltimum, Dec. in l. culpa, numer. 11. de regulis iuris, Roman. singu. 7.

83 † Sequitur videre de pœna eximentis istum captum a manibus familiæ; & primo si quis eximat seipsum, an pœnam patiatur? & videtur quod non, ex quo defensio est de iure naturali, l. vt vim, de iust. & iur. & vnicuique licet redimere sanguinem proprium, l. fin. ff. de receptator. Marf. pract. §. attingam, num. 40. Nihilominus prædicta non procedunt contra iustitiam, & Clar. in q. 29. refert Boss. in d. tit. de captura, nume. 27. tenere hunc se eximentem condemnari, ac si sua non interesset, tanquam resistentem iustitia temere, vt ita Senatū Mediolani iudicasse testatur, sed Cla. aliam opinionem tenet ibidem, videlicet quod eximens se ipsum sit condemnandus, prout ille qui fugit a carceribus, de qua pœna infra, sed mitius, si absque violentia; at si cum violentia, debet condemnari, vt alter condemnaretur, qui alterum eximeret. Aduerte, quod cū violentia intelligitur quando actus est vi factus, quia simplex violentia differt ab actu, qui vi fit, Boss. in tit. de plur. viol. num. 74. † Verum quod de facto seruari vidi, quando quis se exemit a manibus familiæ potestatis absque violentia, dico quod facit cōtra se vnum iudicium insurgens a fuga, Barto. in l. admonendi, de iure iuran. & dicam in seq. par. quod resoluitur, quando cum dicta fuga nil aliud contra delictum concurrat, vt per Boer. q. 215. num. 1. in fin. & num. 25. & 26. vbi per spontaneam reuersionem iudicium tollitur,

84 vide eundem, num. 29. & 30. † quia fortior præsumptio debiliorem tollit, D. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 5. Grammat. vot. 1. num. 2. Zaf. consil. 19. vo. 3. vide Thier. in tract. fug. nu. 14. vbi ponit limit. & facit Paul. Ghirlan. tit. de indic. & tor. tit. de fug. in carcerat. nu. 7. & 8. Si vero violentia facta erit cum offensa executoris, tunc pœna regulabitur iuxta mensuram offensæ, l. sancimus, ff. de pen. grauior tamen pœna arbitrabitur quam si offensa fuisset facta alteri quā officiali iustitiæ, vt dicam in 4. par. sed si iste steterit absens, poterit formari inquisitio contra eum, per l. absentem, ff. de pen. & ita tenet Boer. decis. 215. n. 22. vbi hanc partem defendit, & ita practicitur propter delictum principale, & propter iniustam resistentiam & cum alijs adminiculis poterit in contumaciam cōdemnari quia hoc modo iudicium ad torturam facit, Carer. pract. l. obseruare, nu. 115. pro vtroque vna tantum pœna, si comparuerit, & innocens apparebit, non euadet pœnam arbitrariam sui excessus contra iustitiā in captura facti, ad quæ vide Doctores in l. pen. & fin. ff. de custo. reor. & Gomes. tit. de captura, nu. 11. si vero nocens apparebit, tunc grauiori pœna, scilicet ordinaria plectetur, propter excessum, † quia ex causa licet iura transgredi, auth. sed nouo iure, vbi Bald. C. de fer. fug. sed si pœna ordinaria delicti erit vltimi supplicij, opus non erit augere illam, cum nulla pœna maior morte, vt latius in 4. par. dicam. † Est tamē aduertendum, quod si captus esset a familia malè, & indebitè tractatus in captura, vel in ducendo illum ad carceres, & ab eis idcirco eximeretur, tanquam prouocatus pœnam non meretur, vt dixi supr. in 7. conclus. per l. vt vim, ff. de iust. & iu. nec aliquod iudicium insurgeret contra fugientem isto in casu, quinimo Berouarij punirentur, tum quia malè tractauerūt captum, cum non conueniat, Bart. & DD. in l. 2. de exact. trib. & ut sup. latius dixi tū propter causam, quam ob eorū malā tractationem dederunt fugæ, l. qui occidit, §. in hac quoq. ad l. Aquil. & si mihi casus eueniret arbitriū extēderetur contra hos insolentes executores cū rigore. nā caro humana nō est belluarū caro, & quilibet tenetur benefacere officiū suū cū moderamine semper inculpatæ tutelæ. Et ideo captus indebite posset impune fugere, maxime quando immineret periculū magnæ

- pene, ob persecutionem magnam Bar. in l. vis eius, C. de prob. Alex. in l. si eximendi, §. si quis, circa fin. ff. ne quis eum. Marf. sing. 177. num. 3. Iacob. de Beluif. pract. tit. de crim. remitt. num. 4. §. 6. 7. vi. inf. num. 94.
- 88 † Quid si captus iuste, & in carcerem detrusus fugiat è carcere, an sit puniendus tanquam confessus, & conuictus? hæc quæstio ab omnibus criminalistis tractatur, & omnes vno ore dicunt haberi pro confesso, & conuicto, per tex. & glos. in l. eos, in ver. puniendi, ff. de custo. reor. Paul. Ghirl. in tract. de relaxat. carcerat. in rubr. de fug. carcerat. Clar. q. 21. vers. tertio modo, vt sup. num. 37. & Foller. pract. crim. in verb. & si conuictibuntur, nume. 45. Boer. pulchrè, decis. 215. sub num. 9. & Gomez. de captura, num. 11. quam communem sententiam locum habere existimo quando cum fuga concurrat aliud adminiculum, vt si fugiens sit solitus delinquere, de quo in 3. par. dicam in materia in ditorum, vel quando cum fuga etiam frangerentur carceres, vel frangi curauit secundum distinctionem Baldi consil. 230. volum. 1. quem in proposito allegat
- 89 Boer. d. decis. 215. nume. 11. & num. 14. vbi † idem tenet quando ostio existente aperto, sed fractis compedibus vel manicis ferreis carceratus aufugit ex practica Angeli de malef. in ver. fama publica, Bertaz. conf. 161. per tot. lib. 1. & Mascard. de prob. concl. 820. vbi dat plures limitationes, si vero absque vlla fractione, ostio aperto fugerit, tunc non habebitur pro confesso, & conuicto, nec pœna effractionis carcerum, sed pœna aliqua arbitraria puniretur, Ias. in l. admonendi, nume. 172. ff. de iureiur. idem quando etiam fracto carcere aufugit, cum indebitè & ordine iuris non seruato carceratus fuit, Roland. a Valle, d. consil. 7. num. 46. & sequen. volum. 1. Bart. in l. eos, de custo. reor. num. 101. quod accidit quando Iudex de facto sine aliqua causâ cognitione, sed de facto, & de capricio proprio dicit, *mettilo in prigione*, maxime si persona non est vilis, nec delinquens, sed nolit conuersari cum officiali, qui officiales hæc de causa solent indignari, & nodum in scirpo quarunt, vt qui stat à longè appropinquetur.
- 90 † Sed hæc limitatio non habet locum in Iudice supremæ authoritatis, qui in scrinio pectoris scit aliquid, quod tunc non expedit dicere, nec communicare cum curia, donec tempus aduenerit, vnde dicitur, sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas. Sat est, quod non
- 91 moueatur ex abrupto, vt in hac par. num. 8. † At Gomez. d. tit. de captura, num. 11. temperando communem opinionem dicit, quod etsi hoc modo fugiens habeatur pro confesso, & conuicto, nihilominus licebit probare innocentiam suam. cum a fortiori etiam liceat verè confessò, & conuicto probare, & se defendere, l. 1. §. si quis vltro, ff. de quæstio. text. & DD. in l. 2. C. de custo. reor. & concludit quod si innocens apparebit, nihilominus tenebitur pœna effractoris carcerum, l. eos, ff. de custo. reor. & est communis opinio Doctorum per l. 1. eod. tit. Igneus in l. 3. §. subuenitur,
- 92 num. 52. ad Syll. † quæ pœna, cum non sit a iure expressa, arbitrabitur, vt per D. Menoch. de arb. cas. 301. vbi diligenter pœnam effractoris explicat; sed si nocēs erit tunc pœna ordinaria delicti cōdemnabitur etiam multo maiori pœna, si pœna delicti erit pecuniaria, uel nimis leuis attempta fractura carcerum, l. sancimus, & l. recipiendum, ff. de pœn.
- 93 Supradicta communis † conclusio, quod fugiens è carceribus habeatur pro confesso, & conuicto, modo concurrant ea, de quibus supra dictum est, nunc limitatur non habere locum, quando esset iniuste detentus, & haberet contrarios potentes, vel Iudicem valdè suspectum, & præcipitem, & ita sunt intelligendi Put. Menoch. Rip. & alij, quos Mascard. adducit conclus. 265. num. 26. & Bertazol. consil. 560. lib. 2. idem quando detentus non esset vir facinorosus, & ob nimiam fauoriam custodis, seu Commentariensis carceratus aufugeret, Bald. in l. ad Commentariensem, ff. de custo. reor. & in l. 1. §. Dituus, ad Sylleia. plura adducit Put. de synd. in ver. carcer. & carceratus, cap. 4. per tot. & in ver. crudelitas officialis, & dixi supra numer. 17. Item limitatur quando fugiens esset iniuste captus ob pectoralem tantum nequitiam Domini, & non quod mereretur capi, & verisimiliter timere posset de ira, & potentia Domini secundum And. de Ifern. in constit. vt participatio. & in constit. 1. de homic. facit Put. de syndic. de exces. cap. 1. num. 39. & cap. 3. per tot. & in ver. crudelitas, nu. 3. quem vide, & Masc. d. concl. 265. num. 27. & 28. † Nunquam enim longius homo a se recedit, suæque naturæ magis obliuiscitur, quam cum irascitur. Hic demum effectus efficit, vt animal alienum nobilissimum ad mansuetudinem, & clementiam natum, multo sit feris similis, quam sibi ipsi, non rationis, non officij memor, duntaxat iræ indulgens: quæ omnium perturbationum solam mentem suo loco demouet, & agit præceps, & apud Valer. Maxim. de iracundo, qui dolorem cum inferre vult, patitur amara sollicitudine ne non contingat vltio, anxius, sed hoc modo ira ab odio ducitur, tanquam cæcus a cæco. Et quando iniuste quis est incarceratus, ei licet fraudare custodes carcerum, vt per glos. in clem. pastoralis, in ver. violentiam, & ibi Doc. de sentent. & re iudic. Barto. in l. relegatur, de pen. alios allegat Decia. de Delic. tom. 1. lib. 1. tit. de fraude, cap. 5. num. 16. & 17. vbi si licet fraude recuperare rem sibi ablatam, multo magis licebit fraude se ipsum eximere ab iniusto carcere, sup. nu. 85.
- 95 † Nunc de eo, qui alium iniuste detentum eximit a manibus familiæ, ne ducatur ad iudicium, dicendum est, quæ pœna iste sit plectendus, ad quod est videndus Barto. in l. lege Iulia, ad leg. Iul. de vi priu. in l. furti, §. ope. ff. de furt. Ias. in l. 3. §. quod Prætor, ff. ne quis eum qui, Hipp. sing. 177. 273. & 376. Circa quæ aduertere volo, quod licet ab initio captura videatur notoriè iniusta, tamen ex post facto posset iustificari, per ea quæ supra dixi, num. 20. cum seq. & sic bene aduertat eximens, ne sub vmbra Farinac. d. q. 3. numer. 78. remaneat illaqueatus. Nam quando per viam Iudicis posset prouideri iniustæ detentioni, nunquam, licet eximere captum è manibus familiæ, & stantibus ijs terminis ille qui captum eximit, seuerè puniri debet, Bal. in l. addictos, C. de episc. aud. DD. omnes, in l. 3. §. trāfugas, ff. ad leg. Cornel. de fcar. & in l. sed eximendi, §. item, ff. ne quis eum qui in ius voc. est iu. eximat. Bar. in l. cuiuslibet, ad leg. Iul. Maief. Nell. de ban. in 3. par. 2. temp. nu. 29. Marf. in §. attingam, nume. 49. Boss. in tit. de captura, nume. 13. cum plur. seq. Clar. q. 68. vers. eximens, & ibi add. num. 33. cum seq. Cagno. in l. vni ca, §. is videtur, ff. si quis iusd. Guid. Pap. decisio. 579. Farinac. d. q. 32. num. 62. vsque ad nume. 80. Decia. de delict. rubr. de eximen. carcer. 1. lib. 7. tom. 2. Rolan. consil. 7. num. 45. volum. 1. pulchrè, ac latè D. Burfar. consil. 216. Bertazol. consil. 35. volum. 1. vbi an magis puniatur eximens eximit, & multos adducit Mascard. d. conclus. 265. † ex quorum omnium dictis colligo tres principales conclusiones, distinguendo (vt fertur) inter lepram, & lepram.
- Prima conclusio erit de eximente iuste captum è manibus familiæ, retentis terminis supradictis antequam sit condemnatus, vel confessus, aut conuictus, de qua nu. 92.
- Secunda conclusio erit, quando eximitur a manibus familiæ postquam est confessus, vel condemnatus, de qua num. 97. † quod multis modis contingere potest, vel quando ducitur ad supplicium; vel quando traducitur de loco ad locum pro tutiori custodia, vel pro confrontatione faciendâ circa alia delicta cum alijs delinquentibus, vt Mantuæ, vbi expedit quandoque ducere carceratum ab vna parte ad aliam ciuitatis, & Mediolani, & alibi ab vno Magistratu ad aliud tribunal, & vt vulgo dicitur ab Herode ad Pilatum; vel

vel etiam quando conceduntur vicissim delinquentes a Principibus, licet sint condemnati, vt vidi Mantua inter Serenissimos Duces Mantua & Parma, & Venetiarum de quibusdam scelestis farinellis, ac inter Serenissimam Genua Rempub. & alios Principes remittentes alter ad alterum proditores, & assassinos, ad quorum extirpationem † Deus omnipotens illuminet vnanimiter corda Principum Christianorum, vt inemendatos disperdere valeant funditus, ponendo securim ad radicem, pro conseruatione status, & subditorum securitate, cum horum pestis dilatata nimis religioni Christiana obstet. Non sic in statu Serenissimi Magni Ducis, vbi scelesti nidum non habent, sed cito puniuntur.

99 † Modò ad primam conclusionem redeundo pœna eximentis captum ex manibus familia eadem esse dicitur, quam pateretur reus, si condemnatus esse pro delicto, pro quo captus fuit, Fely. in cap. si quando, extra de offic. deleg. Alex. conf. 35. num. 4. vol. 5. DD. in §. arripatur, in auth. vt omnes obed. iud. Farinac. plures allegans, in d. quaest. 32. num. 64. Guid. Pap. d. decisio. 579. Quæ resolutio recipit temperamentum quando eximens non fecit in contemptum iustitiæ principaliter, sed amore sanguinis, vel misericordia ductus, quo casu pœna erit arbitraria, vt inquit Boss. in d. tit. de captura, num. 15. & seq. & Decia. de delict. tom. 2. lib. 7. rubr. de exim. carcer. cap. 11. numero 12.

100 † Nam multa sunt, quæ faciunt abesse dolum, & excusant in delictis, de quibus per Clar. quaest. 60. furor, amor, ira, ebrietas, prouocatio & ignorantia. Et licet regulariter dolum non præsumitur, l. dolum, cum cōcor. ff. de dol. fallit quado datur opera rei illicitæ re, loco, tempore prohibitis, siue in omittendo, siue in committendo, ab illo, qui est doli capax, Bar. in d. l. dolum, C. de dol. Bal. in l. quicūque, in prin. C. de ser. fug. poterit tamen probari contrarium etiam per causam leuē, & bestialē, per l. igitur, §. & generaliter, ff. de liber. cau. DD. in l. de ætate, §. qui iusto, ff. de interrog. act. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 3. nu. 122. latissimè Mascard. de probat. concl. 532. vbi limitat regulam 119. modis in quibus dolum præsumitur, & Farinac. explicat axioma, quod quælibet causa colorata, temeraria, fatua & bestialis excusat à dolo, & dicit procedere in delictis extraiudicialibus, secus in iudicialibus, in tit. de accusat. quaest. 16. num. 63. & delictum iudiciale dicit esse calumniam. Dolus autem est duplex verus, & præsumptus, & quotiescunque statutum loquitur de Dolo, intelligi debet de Dolo vero, & non de præsumpto, nisi statutum daret liberum arbitrium super Dolo, quoniam vterque dolum comprehenditur, idem quando statutum daret liberum arbitrium super maleficijs, quia & si dolum verus dicatur maleficium, tamen in pœnis, quæ possunt imponi nedum ob dolum verum, sed etiam præsumptum arbitrium intelligitur datum super quolibet Dolo. pulchrè Decia. alios allegans, tom. 1. Delic. lib. primo, capit. 4. num. 10. 11. & seq. tit. de Dol. vt datum super quolibet malo opere comprehendit culpam, casum fortuitum, l. 2. C. de iud. Sed Nell. in tract. bannit. in 2. par. 2. emp. quaest. 32. in fin. pulchram limitationem tradit ad fauorem auxiliatoris, quando captus sine auxilio eximentis ex se erat euasurus; nam in hoc casu (dicit ipse) quod eximens in nullo teneretur ea ratio-

101 ne, † quia captus qui potest absque alio euadere, non dicitur captus, per l. non videtur, cum simil. de in integ. restitut. sed de hac limitatione dubito per ea, quæ tradit Clarus quaest. 90. vers. item scias, vbi dicit, quod in materia auxiliij non quæritur an delinquens esset alias facturus, vel non, sed si alias fuisset facturus, quod auxiliator mitius punitur, per Io. And. in cap. felicis, de pœn. item quia, qui se ingerit, vbi non debet, est in culpa, l. qui omnia, ff. de procurat. & l. culpa, de reg. iur. & obstaculum est imputandum illi, qui obstat, l.

hæc venditio. §. 1. ff. de contrah. empt. & licet res in se mala non sit, tamen mala reputatur propter malum exemplum, vel materiam scandali, l. exemplo, C. de probat. cum simil. & quilibet teneatur, & iudicatur pro facto suo, l. comprobatio, ff. de prob. l. respiciendum, ff.

102 de pen. Marf. in §. attingam, nu. 38. vbi tenet † quod auxiliator esset condemnandus, quamuis fugitiuus non esset puniendus tanquam iniuste captus, & innocens appareret, quo casu non tenetur fugiens redire ad carceres, Clar. d. quaest. 21. vers. tertio modo, nec peccat fugiendo, Nauar. in suo Manual. confess. cap. 12. numero 18. fol. 102. tom. 1. secus si iuste captus aufugiat, quia peccat, Boss. tit. de carcer. numero 4. quæ sunt notanda per Fallent. Reg. accessorium, & l. cum principalis, de reg. iur. & ad conf. Bertazol. 35. vol. 1. Et Nell.

103 in hoc propos. in 3. par. 2. temp. sub num. 29. † quærit an ille, qui eximit captum à manibus familiae teneatur tanquam principalis, vel tanquam accessorius, seu auxiliator? & dicit, quod iste tenetur duabus pœnis, ciuilitè & criminaliter; de prima in l. 1. & tot. tit. ff. ne quis eum, qui in ius voc. est vt exim. alij dicunt teneri de vi priuata, de qua per Bartolum in §. arripatur, vt omn. obed. iud. de secunda pœna criminalis est textus in l. penult. & fin. de fur. & propria materia habetur à tex. & DD. in l. nunquam plura, C. ad leg. Iul. de vi, & vi priu. & facit Bertazol. in d. conf. 35. vol. 1. Verum teneo, quod si eximens motu proprio se ingesserit tanquam principalis, quod eadem pœna sit puniendus, de qua in principio huius conclus. & per Mascard. conclus. 265. numero 16. cum seq. vbi ampliat in instigatore & fautore, Menoch. cal. 301. numero 21. & per ea, quæ tradunt DD. in l. 2. C. de ijs, qui latro. occultauerunt, & de hac re nil melius videri

104 potest, quam Bursat. conf. 216. vol. 2. † vbi etiam tractat de pœna occidentis captum in manibus familiae, quod differt ab eximente, seu liberante captum, & in hoc proposito si captus esset de illis, qui impunè occidi possunt, vt sunt capitaliter banniti, vel publici latrones, viarum grassatores, depopulatores agrorum, & similes non possent, nec deberent occidi postquam capti sunt à quouis capiantur de licentia, & commissione Iudicis, Farinac. d. quaest. 32. num. 74. & 75. quinimò occidens de occiso puniretur, nisi periculum sit, quod fugiat, Luc. de Pen. in l. quoties, col. fin. numero 7. C. de exact. trib. lib. 10. & Farinac. d. quaest. 32. numero 73. & seq. vide omnino Cartar. tract. de execut. sentent. cap. bannit. in cap. fin. sub numero 236.

105 † vbi recenset Bullam magnam Sixti V. Pap. in hac materia editam anno 1585.

106 † Quo verò ad secundam conclusionem, quando captus est iam confessus, vel conuictus, aut condemnatus, dico eximentem teneri eadem pœna, qua venit puniendus reus, per suprascripta. Sed Clarus dicit puniri debere pœna mortis, per l. cuiuscunque, ff. ad legem Iuliam Maiest. & esse sententiam communiter receptam; sed Baiard. ibi numero 33. cum sequ. dicit puniri debere pœna arbitraria, Alexand. confil. 35. volum. 2. & Cagnol. dict. l. vnica, §. is videtur, numero 47. ff. si quis iudic. Decian. vbi suprà, de exim. carcer. numero 13. lib. 7. tom. 2. tenet, quod illa pœna esset puniendus, quam pateretur, si è carcere eximeret, vt per eundem numero 12. vbi æquiparat hos duos casus; sed reuera penes me multa est differe-

107 rentia. † Nam qui eximit à familia, lædit centonem, (vt ita loquar) qui verò eximit è carceribus, lædit interulam Domini carcerum, l. vlti. C. de custod. reorum, & Bart. in l. laqueum, ff. de acquir. rer. dom. in l. legis Iulia, ad leg. Iul. de vi pen. Et ratio est in promptu, nam qui abstulit à familia in itinere, ponit se in manifesto periculo vitæ, non sic qui è carcere eximit; non enim hoc facere potest, nisi cum subdolis artibus, clauibus adulterinis, vel corrupendo custodes, vel limis furdis, vel aliter, & occultè fiat,

- 108 † & carcer dicitur locus sanctus, quo ad iurisdictionem, Boer. Decisio. 215. numero 22. quem adducit Decia. in dict. tit. de exim. carcer. numero 10. & habet propriam rubr. de effract. carcer. vbi magna est pœna, de qua statim dicitur, & maior quam pœna, tit. ff. ne quis cum qui in ius voc. est vi eximat, & opinio Deciani habebit locum, quando loco carceris esset datus in custodiam familiæ, non autem quando eximitur in via dum ducitur ab Herode ad Pilatum, qua de re teneo pœnam in isto casu esse arbitrariam, secundum Boss. dict. numero 15. & 16. quæ poterit extendi vsque ad mortem, iuxta qualitatem facti, personarum, & delicti. Nam quod iste confessus, vel conuictus sit, 109 potest esse, vt eximens ignoret, & ignorantia, † aliquantuliter excusat, vt aduertit in præcedenti casu. Idem intelligerem, quando non esset facta condemnatio solemniter, vel iuxta morem solitum, quia dolus ijs casibus abesset: ergo pœna arbitraria, Vant. de nullit. ex defect. for. sent. num. 80. & mult. seq.
- 110 † Sequitur videre de pœna eximentis iuste captum è carcere; & in hoc casu pœna erit grauior, quam in præcedente casu, text. in l. eos, ff. de custod. reorum, vt tenent Bart. in l. 4. ff. ad leg. Iul. Maiest. DD. in l. sed eximendi, §. item si quis, ff. ne quis eum, Cassan. in consuetud. Burgund. §. 7. num. 68. Benedict. in cap. Raynuius, ver. mortuo, itaque numero 180. de testa. Guid. Pap. dict. Decisio. 579. qui dicit teneri pœna læsæ Maiestatis, & Gomez. de crim. læsæ Maiestatis. numero 7. dicit verum esse, quando erat carceratus pro crimine læsæ Maiestatis: item quando fuit incarcerationis per Iudicem tantum Imperatoris, vel Regis, secus si ab alijs: item quando erat imponenda pœna mortis, alioquin eadem pœna, qua reus puniretur. Verum vt ingenuè fatear, quando non animo offendendi maiestatem, nec iustitiam exemerit, sed ductus amore sanguinis, vel amicitia, vel misericordia motus eximeret, vt dixi in proxima præcedenti conclusionem, tunc minus esset puniendus, per ea quæ dixi supra de eximente è manibus familiæ, ad tradita per Decia. de Delict. tit. de exim. carcer. numero 12. fol. 94. lib. 7. tom. 2. vbi dicit, quod siue captus è manibus familiæ, siue ex carceribus eximatur, siue pro crimine læsæ Maiestatis, siue alio leuiori crimine, & eximens animo offendendi Maiestatem Principis hoc facit, in 111 currit crimen læsæ Maiestatis. † In dubio tamen non præsumitur talis animus, Bursat. consil. 94. numero 9. quem adducit Mascard. conclusio. 532. nu. 2. Et contra si quis esset captus pro crimine læsæ Maiestatis, & eximens amore sanguinis, aut misericordia tantum motus fuerit, & tunc non incurrit crimen læsæ Maiestatis, multò minus si fuerint filij, vel vxor, vt inquit Put. de Syndic. in ver. resistentia, & in ver. carceratus, cap. 3. in fin. & Decia. loc. cit. num. 9.
- 112 † & excusatur vxor à pœna ordinaria, quæ præbuit vestes viro, vt è carceribus exiret, Floria. in l. liber homo, la seconda, ff. quod vi, aut clam, & Gomez. de Delict. cap. 9. versic. vlt. & ipse non procedere intelligo in duobus casibus, primò quando eximens non est subditus, Clar. §. læsæ Maiestatis. versic. vidi, nisi esset habitator cum eius familia in ditione, quoniam per habitationem, & domicilium fit subditus, Gig. de crim. læsæ Maiestatis. quæstio. 68. numero 2. Canon. in Clement. Pastoralis, de re iudic. Laudens. eodem Tracta. quæstio. 34. vbi dicit, quod licet non subditus non incidat in hoc crimen læsæ Maiestatis, tamen hostis dicitur: Secundò, quando Princeps recognoscit superiorum, vt per suprascriptos Doctores, † quoniam & si de consuetudine etiam contra eos, qui habent iura regalia, sed superiorem recognoscunt, crimen læsæ Maiestatis committitur, Clar. eodem tit. versic. dubium, in fin. nihilominus illud procedit, quando immedietè contra eorum personam, vel statum subditus machinatur, non autem si eximat aliquem è carceribus,
- & idèò Clarus in versic. vnum tamen limitat, l. quisquis, C. ad legem Iuliam Maiestatis. vbi & filij committentis crimen læsæ Maiestatis puniuntur, non habere locum in filios, nisi quando contra Imperatorem, & 114 Reges committeretur, † qui titulo Maiestatis honorantur, & Papa titulo sanctitatis. Sed de consuetudine, & de facto seruetur, etiam si contra Principes non recognoscentes superiorem, hoc crimen committatur, vt dixi, & per omnes Scribentes in dict. l. quisquis. Ego verò teneo, quod eximendo captum è carcere, siue ex causa criminis læsæ Maiestatis, siue non, licet causa sit valde peccoralis Principi, & in eius vilipendium in consequentiam eximat, quod non incurrat crimen læsæ Maiestatis in primo capite, nec in secundo, quoad pœnam filiorum, & circum alias pœnas, quæ pro crimine læsæ Maiestatis iure affligunt alios ob factum committentis crimen, sed tantum quoad personam eximentis, qui poterit ad exemplum aliorum suspendi, & etiam in quattos scindi, data atrocitate maxima delicti, si ita Principi placuerit, per suprascripta iura. Sed quia ferè vbique sunt ordines, & proclamata Principum contra eximentes è manibus familiæ, vel è carceribus captos, illa sunt seruanda, qua de re caueant temerarij, & si exemerint 115 cum fractura, tunc magis puniendi erunt. † Nam fractura magis fugæ delictum grauat, DD. in l. 1. C. de ijs, qui latro. Bart. dict. l. si quis, in fin. ff. ne quis eum qui in ius voc. est vi exi. & in tantum est verum, vt in hoc casu, quo ad eximentem alium, non se ipsum, siue captura sit iusta, siue non, iste effractor puniendus sit illa pœna, qua puniendus esset reus, si esset condemnatus; pulchrè & diligenter hunc, & quamplures casus explicat D. Menoch. de arb. iud. cas. 301. num. 16. & Mascard. de probatio. conclus. 265. num. 16. vol. 1.
- 116 † Nam licet quis iniuste sit captus, & notoriè constet familiæ esse captum iniuste, nihilominus postquam est carceratus, non potest à Berouarijs, nec ab alijs relaxari, nisi iussu, & ex ordine Iudicis, l. si captiuus, ff. de capt. Decia. vbi supra, lib. 7. num. 15. tom. 2. quantò magis si iuste, aut subsistente suspitione fugæ debitor captus sit. Nam eximens vltra alias pœnas tenetur etiam versus creditorem, Sa'yc. in l. ad monendi, de iureiuran. Put. de Syndic. in verb. probatio in syndicato, cap. 1. numero 2. Sed pone, quod Iudex Causarum ciuiliū committat capturam Berouarijs Capitanei Iustitiæ, & in captura aliò quod delictum sequatur, cognoscat Capitaneus, & non Iudex Causarum Ciuiliū, Caball. cas. crim. 117.
- 117 † Dictum est supra de eximente captum è carceribus ante condemnationem: nunc verò sequitur videre de eximente captum è carceribus, qui sit confessus, vel conuictus, aut condemnatus. Verum quia vbi non est dolus, non venit pœna ordinaria, Put. de syndic. in ver. probatio in syndicato, cap. 1. num. 2. & qui ignorat dicitur carere dolo, l. dolo caret, de reg. iur. tamen quando condemnatio est facta in loco solito, iuxta morem solitum ligat omnes, Felyn. in cap. 2. numero 7. de constitutio. facit Addit. ad Bertazol. consil. 122. volum. 1. vltra quod est verisimile, quod eximens sciuerit à capto in quo statu sit eius causa, † & eius interest probare ignorantiam, modo communis Doctorum sententia videtur esse, quod iste teneatur pœna læsæ Maiestatis, Bartol. in l. 4. ad legem Iuliam Maiestatis, Bald. in l. additos, C. de Episcopo. audient. Boss. tit. de captura, numero 16. & in tit. de crim. læsæ Maiestatis. numero 61. Sed Clar. versic. eximens dicit teneri eximentem pœna mortis, per l. cuiuscunque, ad legem Iuliam Maiestatis. & esse communi calculo receptam sententiam, testatur ex Plaz. lib. 1. Delict. capit. 38. numero 7. cum alijs per eum adduct. Guidon. Pap. dict. Decisio. 579. tenet cum Bartolo, Decia. de Delict. eodem tit. de exim. car. lib. 7. cap. 11. num. 2. & Gomez. in dict. tit. de crim. læsæ Maiestatis. qui sub num. 7. declarat

declarat locum habere tribus concurrentibus sumptis à Iaf. in §. pœnales, nu. 107. & Fabr. ibidem, & ab alijs Instit. de act. quod reus esset incarceratus pro crimine læsæ Maiestatis, per gloss. in l. 4. §. item qui confessum, ad leg. Iul. Maiest. quam tenendam vti communiter receptam ait; secundò dicit procedere tantum quando erat in carcere de ordine Imperatoris, vel Regis, secus si iussu aliorum Iudicum sub alijs Principibus, & de hoc Iafon vbi supra. Valdè dubitat, & certè de facto procedit, & de alijs Principibus, qui superiorem non recognoscunt, per ea, quæ dixi in antecedenti articulo, num. 100. tertio debere intelligi quando reus debet pati pœnam mortis, secus si aliam pœnam citra mortem. † Sed Iafon limitat etiam nisi ab amicis, vel à consanguineis appellatum esset, & appellationi iustè esset deferendum, & nihilominus Iudex non obstante appellatione exequi mandauerit, & casus sit propter non admissam appellationem iustam irreparabilis, Felyn. in d. cap. si quando, & ibi Innoc. extra de offic. deleg. dixi supra in materia resistentiæ, 7. conclus. † Aliam limitationem tradit quando ductus ad supplicium obuiam haberet Cardinalem, quoniam ponendo pileum in capite iustitianti illum liberat, secundum Bald. & Salyc. in l. additos, C. de epis. aud. Sed reuera hoc ex priuilegio fieri dicitur, non de violentia, vt inquit Clar. quæst. 98. vers. vltius quæro, vt hunc casum enumerat inter alios, ex quibus sententia capitalis in actu executionis suspendi potest; quod tamen priuilegium damnatur per Barba. in tract. de præst. Card. quæst. 9. in 1. par. & idem tenet Plac. epit. delic. cap. 34. quos refert Baiard. ad Clar. d. quæst. 98. vers. vltius, num. 3. Posset tamen eximens excusari in parte propter amorem, aut dolorem erga captum, de quibus dixi supra post vers. modo ad primam conclusionem, & istæ qualitates sanguinis, amoris, ignorantia, & similes sunt probandæ ab eo, qui in eis se fundat, vt dicam in 3. par. quia si scus habet fundatam intentionem in fuga, per tot. tit. ff. ne quis eum qui, & l. 1. ff. de effract. & in

119
120
121
122
123

121 leos, ff. de custod. reor. † nec sufficit eximentem dicere, nesciebam, vel non putaram, quia præsumptio est contra illum qui dat operam rei illicitæ, Mascard. de probat. conclus. § 2. num. 24. 50. & 53. & in ijs, quæ sunt de genere prohibitorum præsumitur dolus, l. si non conuicti, C. de iniur. l. 1. C. ad leg. Corn. de sicar. cap. 1. de præsumpt.

Sed quando esset appellatum à sententia capitali, & Iudex non admiserit appellationem, quam admittere tenebatur, sed iussit exequi, si dum ad supplicium condemnatus ducitur, eximatur è manibus Berouariorum, tunc licitè, & impunè eripi potuit, per ea, quæ supra dicta sunt in materia resistentiæ, secundum limitationem Felyni, & aliorum in d. cap. si quando, vers. tertio fallit, extra de offic. deleg. & per Farinac. d. quæst. 2. num. 77. & 108. Quod verum est, quando non obstarent statuta, vel alij ordines, vt in Statu Mediolani, Mantuæ & alijs, quibus in locis non est locus appellationi in criminalibus, ad quorum intelligentiam vide Nellum in tract. bannit. in 4. par. 1. temp. quæst. 1. vers. pro huius quæstionis resolutione, & Baiard. ad Clar. q. 94. num. 3. vbi distinctionem Nell.

122 reasumit, † & cautela erit pro eximente, & reo, vt in loco tuto eximens reponat captum, & Principem statim certiore reddat de causa, qua motus est ad eximendum reum, qui reus licet in conscientia sit innocens, & potest ab impostura, & iniustitia se defendere, tamen non tam citò in manibus iustitiæ reincident, sed postquam ira, & rumor pacatus fuerit, re melius intellecta, quia impedit ira animum, ne possit certare verum, vt dixi sub num. 94. Sunt & aliæ quæstiones in proposito subiectæ materiæ à supra dictis Doctoribus explicatæ, quas hic consulto omitto, ne detur de copia exemplum; † Hoc volo aduertere, quòd

isti Berouarij inuenientes aliquem armatum, non curant illum capere, sed ipsis furari satagunt, ideoque solent citius manum apponere ad marsupium detinendorum, quam ad ligaturam manus, & auferunt vsque ad interulam, & nisi de omnibus in relatione capturæ rationem reddant, erunt tanquam fures puniendi, per l. 2. & l. Diuus, ff. de bon. damnato. Put. de synd. in ver. familiaris, cap. 3. num. 13. quia id quod superest vltra eorum debitam mercedem, si capti sunt pauperes, expendi debet in alimentis, vt infra in hac parte dicam, si sunt diuites, debet impendi pro custodibus, & alijs publicis expensis, idem Put. in ver. expensæ, cap. 2. num. 2. & 3. Arma verò dempta delinquenti capto à Berouarijs de consuetudine inter eos, & Baricellum diuiduntur, sed de iure sunt fisci, Auth. de armis, Aluatot. in §. si quis rusticus, de pac. tenen. & ita Baiard. ad Clar. quæst. 82. num. 64. ver. sed quid si statutum, & in repertis cum armis, si dum satellites intenti ad rapinam, & ad marsupium, culpa huiusmodi captus fugiat, debent puniri, & repertus si non erit ductus in carceribus, non tenebitur pœna statuti de armis, l. Barsatorum, C. de fideiuss. Menoch. addit. ad cal. 394.

124 † Sequitur videre, quæ personæ carcerari possint, & quæ non: Verum, quia sunt plenæ omnium criminalistarum pagina, remitto vltra alios ad Farinac. in tit. de carcer. & carcer. quæstio. 27. numero 41. cum mult. sequ. vbi ponit regulam affirmatiuam ex Bartolo sumptam in l. fin. ad legem Iuliam peculatus. Et stante authoritate Brachij Regij nullus priuilegiatus erit immunis à captura. Quare viri, mulieres, Doctores, Nobiles, equites, milites, & feudatarij, senes, minores, & infirmi capi poterunt, si ita Iudici Brachium Regium habenti videbitur, D. Menoch. de arbit. iud. quæstio. 88. Qua stante suprema authoritate, l. ad egregias, ff. de iureiuran. & l. ad egregias, de test. & l. quoties, C. de Dignit. lib. 12. & similes dispositiones de consuetudine locum non habent apud Iudices supremæ authoritatis, nisi eis videbitur, per ea quæ

125 iam dicta sunt in 1. par. † vbi de Clericis, ac alijs personis priuilegiatis dixi, & infra in 3. par. dicam, & vide Foller. pract. crim. Canon. par. 2. cap. 20. numero 9. & Menoch. dict. quæstio. 88. Franc. Marc. decisio. 709. par. 1. & Decia. de Delict. tom. 1. lib. 4. c. 9. & 10. Bertazol. consil. crim. 78. & ibi addit. volum. 1. Si verò Clericus coram Iudice laico falsum dixerit, inibi detineri poterit, sed non puniri, ad effectum tradendi illum suo Iudici Ecclesiastico, quamuis dicatur contempnisse, & offendisse iurisdictionem, & maiestatem seculatam, & officium Iudicis secularis, vt ait Petr. de Ancharan. in cap. ea quæ, de regulis iuris, Canon. in cap. postulasti, de foro competeti, Vant. de nullit. ex defect. iurisdic. numero 48. 49. & 50. qui tenet opinionem affirmatiuam. Contrariam autem videntur tenere Feder. de Sen. consil. 93. Decian. de Delict. de incompet. tom. 2. Clarius in tit. de Cleric. & Religios. lib. 4. cap. 9. vbi tenet, quòd ex incidenti, quando Iudex ex officio, & non ad querelam procedit, & Clericus falsum dixit, potest Clericus in bonis puniri, secus quo ad personam, text. in cap. verum, & ibi Scribentes de foro competenti, Decian. eodem tit. cap. 17. numero 27. lib. 2. tom. 1. At de delicto ante Clericatum commissio debet puniri à suo Iudice, secundum Doctores, in l. si quis postea, ff. de iudic. Clar. quæstio. 36. vers. sæpè numero, D. Farinac. de inquisit. quæstio. 8. numero 104. fallit si sumpsisse Clericatum in fraudem constiterit, pract. Carrer. in §. homicidium, vlti. numero 92. Petr. Caball. casu crimin. 108. & Decia. dict. cap. 10. tradit 20. Casus, in quibus Clericus à laico cogi, & reprimi potest, & idem in cap. 66. cum sequ. quibus in locis habetur etiam quando Iudex Ecclesiasticus non possit cognoscere de Delictis laicorum, quæstio. 36. Baiard. ad Clar. sed in his casu-

casibus semper consules Bullas Summorum Pontificum, & non errabis. At de eo, qui delinquit, & postea factus est miles, à Iudice militum puniri tenet, Petr. Caball. casu crimin. 147. & ibi de milite, qui delinquit, & deinde desijt esse miles.

- Et Brachium Regium datur ob delicta grauissima, nimirum, vt etiam priuilegiati capturari possunt, ex 126 quo † reatus omne priuilegium tollit, l. 1. ff. de ijs quibus, vt indign. & ibi Doctores, & Anton. Columba. tracta. de modo proced. in controuer. crim. artic. 76. vide de reatu text. in Clement. 1. §. 1. & ibi Card. de Relig. Domibus, cap. vt Clericorum, de offic. ordin. l. 1. C. vbi Senator. vel Clariss. D. Farinac. tit. de inquisit. quæstio. 10. num. 99. tenet quod tunc sit Reatus, quâdo nomen rei est receptum inter Reos. Hinc est, quod si grauitas delicti requirit asperitatem, leuitas autem delicti requirit lenitatem, in delictis leuibus lento gradu ad capturam deuenitur, maximè contra priuilegiatos per quamcunque liberam, & ab- 127 solutam potestatem Iudex se habeat, † quia non omne quod licet honestum est, vulg. l. non omne, de regulis iuris, & iudicium, & discretio pari passu ambulat, Put. de Syndic. in ver. crudelitas, numero 5. cuius verba sunt corde tenenda, sed in solitos delinquere nulla distinctio est habenda. Nam siue in grauibus, siue in leuibus delictis semper acriter contra huiusmodi improbos procedendum est, vt in sequ. par. dicam. At tutius agendo cautela erit opus, quando casus contingat capiendi priuilegiatos, seu potentes, verbum prius facere cum Principe, vel eius locum 128 tenente generali. † Item possunt retineri omnes testes examinandi separatim, donec omnes fuerint examinati, ne subornentur, neue alter alterum instruat, & etiam ne secreta curiæ pandantur (licet hoc difficillimum sit auaritiæ causa) aduertendo in practica, ne testes ponantur in locis contiguus, quia vox submissa de vno carcere ad alium emittitur, ita vt perueniat ad aures eius, cuius interest instrui, etiam si in 129 infimo loco custodiretur, † & quando testis tenuit dicere veritatem, potest retineri vltra quinque dies, l. eos, C. de fals. P. acia. de probatio. cap. 47. num. 56. lib. 2. & per l. eos, C. de test. at Iudici Brachium Regium habenti nullum tempus limitatum est, & per consequens dispositio, dict. l. eos, Cod. de fals. ab eo 130 non seruat, vt de alijs supradictis est. † Rursus quo ad Clericos addo supradictis, quod si Clericus repertus sit in adulterio per maritum, poterit retineri per viginti horas, & postea consignari Iudici suo, Soc. in cap. si leserit, numero 16. de iniur. & damn. dato. Bart. in l. capite quinto, ff. de adulter. Angel. de Malefic. in dict. ver. fama publica, numero 65. Sed Canonista tenent debere eum presentari coram Episcopo suo quamprimùm, vt testatur de communi Viui. com 131 mun. opin. in verb. Iudex laicus. † Et quando licet laico capere Clericum in casibus prænaratis hoc procedit quando Clericus est suspectus de fuga, ita declarat Farinac. quæstio. 3. numero 116. tit. de inquisitio. & vide omninò Bertazol. consil. 78. & ibi Addit. vol. 1. vbi numero 5. adducit pulchrum Consilium Collegij Patauini, registratum in 1. vol. Consil. crim. diuerso. quod est in ordine Consil. primum.
- 132 † Præterea licet arbitraria sit Iudici qualitas carcerum, vel custodia, an in strictiori, vel latiori carcere sint carcerati custodiendi, & an in compedibus, & manicis ferreis, vel non, Put. de Syndic. in ver. carcer. cap. 3. versic. an si plures, vt refert D. Menoch. de arb. cas. 305. numero 6. nihilominus est facienda distinctio nobilium à vilibus, iuuenum à senibus, seu infirmis, mulierum à masculis, † & secundum qualitatem delicti, & personarum custodia est adhibenda, vt etiam aduertit Clar. quæstio. 28. versic. scias, & Menoch. dict. cas. 305. numero 8. quia etsi custodia carceratorum sit facienda iuxta consuetudinem loci, vt di-

- cit Put. in dict. cap. 3. numero 14. tamen spectat ad iudicem mandare, qualiter reus sit custodiendus, & si Commentariensis, vel alter paruerit superiori suo seruando formam commissionis, penam, nec (vt Mantuz dicitur) schiauinam non meretur si carceratus au- 134 fugit. † Nam qui facit, quod habet in mandatis est excusatus, l. quod Nerua, ff. deposit. quandoquidem inferior non debet diffidere de eo, de quo eius superior confidit, nec præsumere contra mandatum superioris, nec arguere si bene non aduertit, quando quis non est Consiliarius à latere Principis, vel quando ignorat vires demandatæ custodiæ; non enim licet os ponere in celum, quod facit pro exoneratione Iudicium, & ad instructionem, vt rei tutè custodiantur, & detur forma cautè qualiter, & quomodo carcerati teneri, & custodiri debent, facit Put. in dict. versic. carcer. cap. 2. numero 4. qui in hoc propos. pulchrè loquitur.
- 135 † Ad quod sciendum est, quod custodes, seu commentarienses carcerum tenentur, nedum de lata culpa, sed etiam de leuissima, text. in l. 2. & per tot. illum tit. ff. de custod. reor. plura allegat Put. dict. ver. carcer. cap. 2. & 3. Grammat. vot. 29. Bald. in l. 1. numero 5. de leg. & in dict. l. ad Commentariensem, eodem tit. vbi qui suscipit rei custodiam, & pretium tenetur de periculo succedente, l. carcerarij præpositus, ff. de custo. reor. & tenetur de negligentia, cap. fin. de renuntiat. qua de re custos diligens, & peritigil esse debet in officio suo, & eò magis quando alij dormiunt, vide Cardin. in Clement. 1. §. porrò, numero 11. Iodoc. pract. crim. cap. 17. num. 11.
- 136 † Vnde antequam captus detradatur in carcerem, carcerarius debet exquisitè perquirere, an aliquod ferreum habeat absconditum in vestimentis, & eum denudare faciet, deinde reuestitum mittat in locum suum, & præbeat victum, & lectum, aduertendo, ne quis eum alloquatur sine iussu Iudicis, & oculatè intueatur quicquid fertur carcerato, ne fortè in phiala sit abscondita aliqua lima furda, vel loco vini acetum, † quod cum vrina mixtum super pauimento iniectum paulatim cementum marcescit, vt euenit Genuæ quando carceratus erat Colonnellus Franciscus, & appellatus Polinus, in pane aduertat, ne scri- 137 ptum aliquod insit, † vel charta alba cum vrina, vel succo limonis, aut aluminis scripta, quia super ardorem ignis apposita litera apparet, & in ferculis multoties latet venenum opera consanguineorum intuitu honoris, ne ob carceratum infamiam publicam incurrant, vel astutia confociorum criminis, ne manifestentur à carcerato. Nam reperti quidam fuere, qui dato mandato, & à mandatario executo, bonis verbis mandatarium induxerunt ad se constituendum, maria, & montes ei promittentes, & in vltima cæna lauta illum veneno præparato potauerunt, & altera die in carceribus constitutus, statim infirmatus est, & hinc paucis post diebus obiit, & hoc modo mandatarius liberatus fuit, & mandans à timore exemptus, qui tandem factum cum amico conferens luit penas, exempla quædam habentur in addit. Baiard. ad Clar. §. homicidium, numero 27. & sequ. & 17. consanguinei, & ceteri qui veneno necant carceratos si sunt complices, & participes delicti, pro quo quis est in carceratus penam illius delicti ordinariam incurrunt, l. sancimus, C. de pen. vltra penam huius delicti de propinantibus venenum, quæ est mortis, Clar. §. homicidium, versic. punitur, & teneri pena parricidij, & non læsæ Maiestatis tenet Bursat. consil. 216. num. 9. volum. 2. Petr. Caball. cas. crimin. 94. vbi in terminis. 139 † Et proditoribus merces datur à tergo manibus ligatis, vt refert Decian. de delict. tom. 2. lib. 7. cap. 30. numero 7. & Marsil. in singul. 16. factum extitisse, & de venenantibus carceratos, vide Doctores, quos adducit Brunor. à Sole, quæstio. 26. numero 41. Insuper custos

custos sæpè visitet carceratos, & infirmorum statim notitiam det Iudici, vt curet de Medico, & medicamentis prouideri, vndique perquirat intus carcerem, clauos, gladios, vel aliud genus ferri: stet ad fores quandoque carceris noctis tempore aures præbendo: non confidat, nisi quatenus de fide valdè expertus sit, sed antequam ingrediatur in carcerem habeat astantem, qui illum intus claudat, nec sufficiunt binæ ianux, quoniam in Ciuitate Genuæ, fracto ostio à latere carceratorum, dum carcerarius primum aperuisset ingressus pro aperiendo secundo ostio, ibidem inuenit carceratos, statim in carcerarium intrantes, quem lethaliter vulnerarunt, & eius famulum acclamantem malè tractauerunt, & tres carcerati pro atrocissimis delictis fugerunt die solemnissima Sanctissimi Corporis Domini Nostri, dum processionaliter (vt de more est) tota ferè Ciuitas illa deuotissima associa-
 140 bar Arcam Sanctissimæ Eucharistiæ, & custodes quidem fuerunt in culpa, diligentiam nequaquam adhibentes, sed reliquerunt paruum gladium, absque mucrone cum cyatho vetri carceratis, qui super cyathum gladio percutientes limam sordam confecerunt, & cum ea ostij ferramenta, & vectem ferreum (quamuis eisdem) corroserunt, & cum eodem met vecte custodes, vt supra, malè tractauerunt, cuius rei causa ferè commota est tota Ciuitas, alij quippe ad videndum, vt de more est vulgi accesserunt, alij ob metum, alij ad perquirendum fugitios abierunt, sed in va-
 141 num laborauerunt. † Item custodes carcerum curare debent, saltem diebus festiuis, vt carcerati (quibus processus est publicatus) audiant Missam (si fieri potest) dum modò carcerati non stent super loco sacro, alioquin immunitate Ecclesiæ gauderent, de qua in 1. par. & in hac, num. 26. cum sequ.

141 † Iudices autem quando habent magnum virum in carcerem pro causa magna, cui morem gerere quandoque expedit, benè aduertant, ne sine cum magna comitiua ad eum venientibus præbeant audientiam, nisi comitiua de foris remanente, nec sinat alloqui carceratum à potente, vel ab alio, nisi ipso Iudice præfente, vel alio de quo Iudex ipse summoperè confidit, alioquin (vt plurimum) iustitia elusa remanebit, præsertim quando causa inter potentes agitur, & pro cautela, & consilio erit, vt magis doleant interessati,
 142 quam Iudex. † Nam mos ei gerendus non est, qui solum facit, vt officiat, vt sunt inuidi, l. in fundo, ff. de rei vend. l. 1. ff. de aqua plu. & Angelus malus putans sedem ponere in Aquilone, eiectus est in profundum inferni, affectaturque inuidia felicitàtem alienam, & timet ne propria auferatur, & detur facienti fructum bonum, vnde Poeta:

*O inuidia nemica di virtute,
 Che à be' principij volontier contrasti.*

Et prædicta omnia sunt menti tenenda, quia sunt quaestiones, quæ in facto extiterunt: experto crede.

143 † Verum si custodes, & alij pro munere sui officij ea faciant, ad quæ tenentur, iux. l. qui facit, de reg. iur. non erunt in culpa, & ea cessante, vtique poena cessabit, l. generaliter, vbi Bart. C. de Episc. & Cler. & econtra qui non facit quod debet dicitur in culpa, glo. in l. videamus, ff. locat. Vant. de nullit. ex defect. citat. num. 75. & in dolo esse dicitur, qui facit vltra quam naturam rei desiderat, l. quod Nerua, ff. de posit. sed exuberans cautela non nocet in custode, si cautela non sit contraria custodia, cum omne nimium vitiosum, Glof. in l. penult. C. de custod. reor. & not. Glo. in Authent. vt deter. sit, num. circ. princ. col. 1. & de alijs omnibus per Put. de Syndic. in verb. carcer. cap. 3. num. 4. & 5. & 10. & custodes de lata culpa grauiter punientur, & quandoque vsque ad mortem, sed de leuissima culpa leuiter, vt poena commensuretur delicto, l. milites, in verb. nimia negligentia, ff. de custod. reor. Put. vbi supra, numero 12. & 13. in terminis Boer. decisio.

144 217. per tot. † Qua de re custodes faciendo custodiam secundum consuetudinem, & mores carcerariorum, non erunt in culpa si carceratus fugerit, l. quid si fugitiuus, §. Labeonem, ff. de adilit. edict. l. fin. C. de fideiuss. Pur. vbi supra, numero 14. & 15. Gabriel. co. conclus. tit. de malefic. conclusio. 8. numero 55. lib. 7. vbi excusat Custode, qui Nobilem virum in arcto

145 Carcere non custodiuit. † Sed custos de suo non tenebitur reaptare, & assecurare carceres, quæ non sunt tuta sed malefacta. Sat est enim quod moneat debito tempore Iudicem, & Iudex Dominum, vel alios, ad quos fabricatio carcerum spectat, de qua re Clar. in quaest.

146 46. ver. & quoniam, † dicit, quòd custodia ad Dominum, & fabricatio carcerum ad ciuitatem, & loca in quibus de carcere prouidendum est, Pur. d. cap. 3. sub numero 15. vbi tex. alleg. in l. prætoria, C. de oper. publ. Nec etiam custos de casu fortuito tenebitur, quando prouideri non potuit, vt de facto famuli, qui diu fidelis existens, tandem corruptus fugere permisit carceratos, d. l. milites, §. si verò fortuito, ff. de custod.

147 reor. † Nam à proditione Deus omnipotens nos liberet, hinc Put. in d. cap. 3. num. 8. & 9. & in cap. 7. numero 2. dicit, quòd homo diuinandi arte præditus vix poterit præcauere à proditione, & facit Bald. in l. quæ

148 fortuitus, ff. de pign. act. † At custos etiam in hoc casu culpa non careret cum nimium confidit de famulo, relinquendo ei curam carceratorum, & ipse deambulando, die noctuque ludendo, & meretricando tempus tereret, non sic de Bastiano carcerum Mantuæ custode dici potest, qui est vir probus, diligens, & custos discretus, vt requiritur, & dicit Paul. Ghirlandus de carcer. cap. 2. num. 5. Vnde facit illud vulgare: Non ti fidare, & non farai gabbato, & Boer. in d. decis. 217. num. 4. dicit: Non ti fidare de prigioni ser Gaspere, se non vuoi che ti sia mozza la testa.

149 † At si contingat carceratum in carceribus mori facta ab initio relatione Iudici de infirmitate (vt prædixi) carceratus erit excusatus, l. quemadmodum, §. Magistratus, ad leg. Aquil. & in l. carcerarij, ff. de cust. reor. d. cap. 2. num. 5. & ita præsumptio cessabit, quæ oritur contra custodem, de qua in l. cum ita, §. species, de leg. & Cor. conf. 136. vol. 1. Contar. tract. de carcer. num. 26. & Boss. d. tit. de carcer. num. 7. & num. 23.

150 vbi etiam dicit, † quòd carceratus non potest instituere heredem, custodem, vel alium officialem, & custos tenentur probare non culpam, facit Caroc. de locat. Rubr. de culp. & de casibus, & pericul. Ang. Aret. in verb. fama publica, & custos tenebitur pro culpa vxoris, filiorum, famuli, & ancillæ, Iaf. conf. 27. incip. custodes, quem refert Boer. d. decis. 217. num. 11. vbi testatur ita fuisse iudicatum.

151 † Item custos summoperè cauere debet ne se immisceat carnaliter cum mulieribus carceratis, quia incurrit poenam deportationis, & confiscationis bonorum, arg. l. 1. C. si quis eam cuius tutel. gest. stup. & ita tenet Paul. Ghirland. de poenis omnif. coitus, quaest. 12. quam poenam limitat locum habere in muliere honestè viuente, quam custos honestè custodire debet, vt ibi num. 2. & per l. 1. & fin. ff. de custo. reor.

152 † Sed etiam si cum meretrice carcerata rem carnaliter habuerit, eadem poena est puniendus, vt per Clar. in §. fornicatio, ver. eum carcerata, & Boer. d. decis. 217. dicit hac de causa fuisse fustigatum quendam carcerum custodem, & idem firmat D. Menoch. de arb. iud. quaest. 88. num. 21. per bonam rationem ibi assi-

153 gnatum, & in d. tract. cas. 292. in fin. † quibus in locis habetur etiam quòd de Iudice, vel alio officiali rem carnalem habentibus cum carcerata, vel aliter subdita, & hanc opinionem sequitur Farinae. quaest.

154 21. num. 112. cum seq. tit. de carcer. & carcerat. † Et si carceratus carnaliter ancillam, aut vxorem custodis cognouerit, poena arbitraria erit puniendus, D. Menoch. d. cas. 292. num. 5. & 6. nec etiam excusa-

buntur

- buntur supradicti à pœna arbitraria, si de concordia rem habuerint, imò in pœnis ordinarijs de adulterio condemnabuntur, tot. tit. ad leg. Iul. de adult. & V. 155 l. r. Max. hæc de luxuria dicit, † Blandum malum luxuria, quam accusare aliquanto facilius est, quam vitare, operi nostro inferatur: non quidem, vt vllum honorem recipiat, sed vt se ipsam recognoscens, ad penitentiam impelli possit, iungatur illi libido, neque autà reprehensione, aut ab emendatione separentur, gemino mentis errore connexa: hæc ille. Sed auaritiæ mater libidinis, quæ simul in maribus viduis vigent, teste Aug. Blanc. ad Ant. & in materia custodis carcerum vide Fab. à Monteleo, in eius pract. arb. in 4. par. à num. 850. vsque ad num. 879. & Bonacoss. super statu. quæst. crim. in verb. carcer. vbi infert ad multa. Et quod mulieres possint carcerari quis dubitat? experientia vbi que locorum docet, Petr. Caball. cas. crim. 78. sed ab accusando de crimine publico repelluntur, † qui crimen, C. qui accus. non poss. Rubr. de potesta. Proc. & defensor. in caus. crim. num. 52.
- 156 † Trita est, sed quotidiana materia, & necessaria scire quando, & quibus ex causis carcerati relaxandi sint; quo circa sciendum est, quod licet pluribus ex causis carcerati relaxari debeant, de quibus per Zaf. conf. 19. Rol. à Vall. conf. 58. vol. 1. Boss. de car. fideiuss. relaxan. Ghirl. de relaxat. carcerat. D. Menoch. de arb. cas. 303. & 304. tamen tres sunt causæ principales pro quibus carcerati fideiussoribus relaxari solent.
- 157 † Prima quando euacuato processu informatiuo parum aut nihil carceratus grauat est, quo casu si delictum non est atrox, relaxatur fideiussore, l. 1. C. de exhib. reis, Boss. in tit. de carcer. fideiuss. relaxan. numero 15. Foller. in ver. examinati liberentur, in princ. Clar. quæst. 46. ver. pariter. At vbi verisimiliter dubitari possit de pro palatione processus faciendæ correis absentibus, carceratus non debet relaxari, nisi prius expedita causa contra absentes, Ang. in l. nullus, circ. 158 princ. C. de exhib. reis. † Et in hoc proposito scias in practica, quod si aliquod delictum enorme patratum sit à pluribus, quorum vnus, qui fortè modicam culpam habet, capiatur, cautela erit, non tam exquisitè illum interrogare fingendo longius ire, & dissimulare, ac si nihil curiæ constaret, fingendo velle facere quod non vult, vt inquit Put. de synd. in ver. tortura, 1. cap. 7. & illum postea relaxare fideiussori, tanquam esca decipiendi confocios criminis, qui exemplo istius se fortasse constituent, vt mihi iudici pluries euenit, qui spontè constituti, & statim reuocato ad carceres primo sic relaxato, alter alterum indiciauit, & omnes pro modo culpæ condemnati fuere. Veruntamen cautela hæc non semper, sed cum grano salis adhibenda, nec est practica iuuenum, vel nouitiorum, † ad quæ vide Aug. in d. l. nullus, C. de exhib. reis, vbi nonnulla alia inconuenientia adducit ob relaxationem carceratorum, ante causæ expeditionem, & illud præcipuum est, quod quando reuocati nolunt redire, bonum est in eorum penitentiam eos ban nire, & fideiussorem cogere ad soluendum Gano. de malef. in Rubr. quid sit agendum Reo præsentem nu. 6. & aduerte, quia malitiosi delinquentes contrario antidoto vt solent, & fatagunt, vt in querela inter complices etiam aliquis innocens nominetur, & contra eum examinari aliquem, vt locus sit publicationi processus, vel saltem reus iste fictus percipiat à suo constituto quid sit contra verè complices, & relaxato fideiussori referat omnia ad instructionem aliorum.
- 160 † Secunda causa principalis est, quando carcerati sunt infirmi, quoniam hoc in casu, vel sunt relaxandi in eorum domibus sub fideiussore, si casus non sit atrox, & carceratus non sit farinellus, & si infirmus sit pauper, relaxatur sub iuratoria cautione, vt infra dicam, vel mittitur ad Hospitale sub custodia, at si non est pauper, potest relaxari in latioribus carceribus, vt mederi possit, & frest farinellus morbo lethali grauat, vti que hoc fieri potest sub bona tamen custodia † soluenda à carcerato, si modum habet, si minus, expensis fisci, Put. de Syndic. in ver. carcer. cap. 2. non approbando illam practicam, tenendi eum in compedibus ferreis, quando delinquens est infirmatus ad mortem, ante quam sit confessus, vel conuictus, & ita practica bona obseruat, ne homo ad imaginem Dei creatus absque remedio inter Christianos dicatur, quia nullus tam iniquus est, qui non possit saluari penitentia ductus. † Sed aduertendum est circa relaxandi modum ex causa infirmitatis, vt prius præcedat Medici iudicium, qui Medicus debet esse confidens Fisco, & Iudici, nec ad instantiam vnus partis tantum est vocandus, nisi vtraque parte, & fisco concordantibus, alioquin Iudex ipse Medicum confidentem sibi eliger. Guilel. de Suz. in proœm. ff. §. 1. Blanc. pract. cap. ijs sic præmissis, num. 87. & in practica ita seruatur, siue procedatur ex officio, siue per accusationem. Et quando ex causa (partibus inficis) Iudex vocat medicum, cum pro exoneratione officij Iudicis hoc fieri debet, † & de iudicio Medici constare debet penes acta Curiæ, Corfer. sing. in verb. Medicus, Luc. de Penna in l. femel, C. de re mil. lib. 12. tutius erit adhibere duos quando haberi possunt confidentes, & delinquens est carceratus pro graui delicto, & grauat inditijs, vel est farinellus, qui solent causam dare suæ infirmitati, vt sub eo prætextu relaxentur, at si non possunt adhiberi duo, vnus sufficit, vt dixi de test. par. 3. nu. 248. † Et Medici, & alij periti recusantes venire, aut suum iudicium edere, possunt cogi à Iudice, Ang. in l. argentarius, §. fin. ff. de eden. Clar. §. hominidum, vers. scias autem, dixi de 165 test. par. 1. num. 50. † Sed regulariter testimonium peritorum sine iuramento tenet circa eorum peritiam, Soc. reg. §. 16. & de test. in 3. par. numero 93. tamen de consuetudine iurare debent: in proposito vide Farinac. de indic. & tort. quæst. 37. numero 141. vbi dicit, standum esse relationi Medicorum, an tortus obierit ob immoderatam torturam.
- 166 † Tertia causa, ob quam carcerati solent relaxari, est (vt de more) in festis Natalis Domini, & Paschatis Resurrectionis præstita fideiussione, Boss. eod. tit. de carcer. fideiuss. relaxan. numero 27. Clar. d. quæst. 46. ver. solent etiam plerumque, quod procedit etiam si processus nondum sit publicatus, Menoch. de arb. cas. 303. numero 38. Franc. Marc. decif. 796. Farinac. quæstio. 33. numero 37. de carcer. † & idè Iudices maleficiorum & alij, ad quos spectat expedire causas carceratorum, debent esse diligentiores in mensibus Decembris, & tempore Quadragesimæ propè Pascha, & omni cura incumbere expeditionibus carceratorum, vt fit Mediolani per Ill. Senatores ad id particulariter deputatos, testatur Clar. d. quæst. 46. & ipse pluries vidi; sic Sereniss. Mantuæ Dux Christianissimus in illis diebus signaturam generalem facit circa carceratos condemnatos à D. Capitano Iustitiæ, cum assistentia Illust. DD. Consiliatorum, & Excell. Præsidis Senatorum, † cuius loco nunc fungitur D. Donnesmondus prudentia, & integritatis nemini secundus, alioquin si interim ob negligentiam iudicum, & aliorum aliquis carceratus pereat in carceribus, sciant omnes serationem reddituros coram Deo, & eò magis, qui liberum arbitrium habent, quando non habent impedimentum iustum. † Et virtute huius liberi arbitrij, si carcerati aliquo certo tempore solent de more relaxari à Iudicibus ordinarijs, tamen qui habent supremam authoritatem etiam ante tempus relaxare possunt carceratos, Bald. in d. l. milites, num. 7. C. de milit. test.
- 170 † Verùm enim verò non sunt relaxandi homines sceleratissimi (vt de farinellis dixi) nec post, nec ante processus publicationem, nec qui est confessus, vel conuictus

conuictus de crimine, vbi ingeritur pœna corporalis, principaliter, aut in subsidium maximè quando socij sunt absentes, res vt supra aduert. Item non sunt relaxandi fideiussoribus capti in flagranti crimine, nec pro falsarijs, nec testis, qui torquendus est, vt de ijs omnibus est videre Baiar. ad Clar. d. q. 46. a num. 27. vsq; ad num. 43. & Foller. pract. in d. verli. examinati liberentur. Nec quando pœna est arbitraria superiori Iudici. Nam inferior, inconsulto superiore, carceratos relaxare non potest, Boss. in tit. de carcer. fideiuss. relaxan. per tot. Menoch. de arbit. d. casu 303. nu. 41. plures casus ponit, quibus carcerati non relaxantur. Nec qui iam condemnatus est, vel de proximo condemnandus relaxari debet etiam in pœna pecuniaria, quia oportet soluere & non fideiubere. per tex. l. 4. §. ait Prator. ff. de re iud. & moram non admittit. Bal. in l. quicumque. col. 6. nu. 20. C. de ser. fugi. Borg. Decisio. 39. p. 1. Rom. sing. 242. Farinac. de Carcer. q. 33. num. 19. & ante nu. 18. vbi tenet idem in confesso, & conuicto. l. si confessus. ff. de iust. Reorum. Menoch. de arbi. casu 323.

171 † Et quoniam dixi, quòd si carcerati sunt pauperes, vel fideiussores minimè inuenerint, quod iuratoria cautione relaxabuntur, hoc est verum constitit prius sum mariè de diligentia & impotentia, vt per Addi. ad Clar. d. q. 46. vers. sed nunquid. & vers. scias, vbi etiam dicit q. illustres personæ nõ relaxantur sub iuratoria cautione, & q. dispositio l. quoties. C. de digni. lib. 12. recessit ab Aula, ex quo reatus omn. priuilegium tollit. † At Paul. Ghirl. de relaxat. carcer. nu. me. 8. dicit, q. nobiles magna existimationis possunt relaxari sub magna iuratoria cautione (si sunt etiam diuites) puta sub pœna scutorum mille, aut duorum, vel trium, iuxta qualitatem delicti, & diuitias, quando scilicet pœna non est capitalis, Bonacoss. q. crimi. in ver. fideiussor. ver. si quis ex forma, sed hoc est arbi

172 trarium Iudici, Menoch. d. casu 303. & 304. † Qui autem dicatur Illustris persona, tradit idem Menoch. cas. 68. & Luc. de Pen. in l. quoties, nu. 6. C. de dignita. lib. 12. & ad prædicta Ias. in l. 1. ff. qui satisfda. cog. vbi tenet non esse admittendum illum ad iuratoriam cautionem, qui ob malos & corruptos mores illam non inuenit, nec illum qui periurus est. Luc. de Pen. in d. l. 1. quoties, nu. 3. † Possit tamen dare pignus loco fideiussoris, Cassan. in consuetud. Burg. tit. de Iustices, rubr. 1. §. 1. num. 171. si ita Iudici videbitur; secus est quando statutum requirit dari fideiussorem idoneum, Carpa. super itaru. Mediol. c. 24. nu. 46. vol. 1. Ita etiã est arbitrium Iudici, an in penis arbitrarijs relaxatio fideiussori concedenda sit, necne, D. Menoch. d. casu 303. num. 41. † tamen non poterit quis alium pro se vadè dare, & in carcerem ponere, Clar. q. 47. vers. sed nunquid, nisi quando inter Reges, aut Principes hincinde dantur obsides, Afflic. in c. humanitate, sub nu. 54. lib. 2. Baiar. ad Clar. d. q. 46. vers. ceterum, nu. 43. vide D. Borgn. in decis. 1. & 2. par. 1. Sed Valer. Maximus lib. 4. c. 7. de Damone & Pythia narrat, quorum alter pro altero se vadem dare non dubitauit, donec interficiendus ad carceres redierit, de hoc etiam Cic. lib. 3. Offic. qui ob tanti amoris gratitudinem liberati fuere, similiter in vita flos sanctorum

173 legitur de Sancta Dorothea & Didaro. † Sed nec pater pro filio, nec dominus pro seruo, nec amicus pro amico iure nostro incarcerationi potest, Afflic. in cõstitut. humanitate, num. 54. lib. 2. quia nemo est dominus membrorum suorum, l. liber homo, ad legem Aquil. potest tantum dari seruus, vel animal pro noxa, vt tot. ut. de nox. act. & Institut. si quadrup. pauper. feciss. dicatur. §. penult. imò brutum propter delictum punitur, pulchre Guid. Pap. decis. 238. & ibi Add. vbi de porco & mulo combustis, Roma. in l. 2. nu. 5. C. qui testam. fac. poss. Iodoc. pract. crim. c. 142. de camno pecuario. Nihilominus bona cautela quã-

doque fuit citare filium pro patre absente, & delinquente adhuc non vocato, vel eontra, sumpta occasione ex aliqua leui causa, vt delinquens latitans amò reductus vel compareret, vel delinquere desineret, & quem Baricellus carpere nequiuit, amor captiuum fecit: quod quidem remedium est extraordinariũ, nec fit nisi contra personas non nobiles, & mala vita, & in grauissimis delictis, necnon à Iudice supremæ auctoritatis, ad effectum quod directè fieri nequit, per indirectum exequatur, vt delicta non remaneant impunita, l. congruit, de offic. præf. cum simil. quia ars deluditur arte.

174 175 176 177 178 179 180 181 182

† Et quamuis captus pro vno delicto non possit re conueniri pro alio de iure, tamen in practica contrarium seruatur, Clar. q. 34. v. r. de carcerato, & Cauca. decis. 1. nu. 43. par. 1. Ludo. decis. 70. Casu. tract. crimi. diuerso. tit. de captura, c. 14. num. 18. Boss. eod. tit. nu. 91. Ias. in l. in plerique, ff. de in ius voc. Barr. tract. de carcerat. num. 18. Marfi. pract. §. attingam, nu. 32. Farinac. q. 7. de inquisitio. nu. 42. & eò magis attenda absoluta potestate Iudicis nostri.

† Cautiones autem pluribus modis fiunt, uno modo quando quis pro se sua bona obligat versus alium, vel officium Iudicis, & hæc cautio nuda appellatur, de qua in l. omnes. §. in hac autem, C. de epis. & cleri. alio modo appellatur cautio iuratoria, de qua supra, & in §. si autem dixerit, in Auth. de litig. Alia est cautio de iudicio fisti, vt in l. 2. §. vltimo, ff. qui satisfd. cog.

† & iste qui hanc cautionem præstat, debet esse diues & facilis exactionis, & tenetur ad interesse, etiam in penalibus per illum tex. Alia est cautio de iudicatum soluendo, de qua in rubr. & nigr. & ibi Docto. ff. iudic. sol. Bart. in l. diffamari. C. de ingen. & manumiss. & hæc tres cautionum species sunt tantum modo in vsu. Nam sub illa cautione de iudicio fisti continetur illa de præsentando toties quoties, & altera de soluendo pœnam si nõ præsentauerit, & casu quo neutra inueniri potest, tunc recurritur ad cautionem iuratoriam. Et quamuis iuratoria cautio in criminalibus non habeat locum regulariter, vt scribit Bal. ad Spec. in tit. de accusat. vers. in criminali, & alibi, quem allegat Marfil. d. rubr. de fideiuss. nu. 181. tamè limitatur in masculo, non autem in femina; & quicquid sit de iure, contrarium obseruatur de consuetudine, quia vtrique conceditur, Clar. d. q. 46. vers. sed quid agèdũ, & facit Surd. consi. 68. qua res iudici arbitraria est, D. Menoch. de arbit. casu 139. † At facinorosi nequaquam relaxandi sub iuratoria cautione, ex quo habent corruptos mores, vt dixi nu. 170. & Bal. tenet in auth. cui relictum, C. de indic. vid. toll. & de alijs limitationibus vide Doctores in d. l. 1. ff. qui satisfda. cog. & Fab. à Monteleo. pract. arb. par. 6. q. 2. a nu. 8. vsque ad nu. 15. Sed aliqua datur differentia inter cautionem seu fideiussorem de iudicio fisti, & de se præsentando, de qua per Boss. in tit. de carcer. fideiuss. relaxan. n. 59.

† Nam qui promittit iudicio fisti successiuè tenetur viq; ad finem, Ias. in l. fideiussor. §. fideiussor. nu. 7. ff. qui satisfd. cog. vbi nu. 19. ait q. lata snã iste fideiussor liberatus intelligitur, euãsi fuerit appellatũ, Duc. Reg. 333. & Bar. inter sing. diuersor. singu. 30.

† Qui verò promittit de præsentando solum, semel repræsentando liberatus est, Boss. vbi supra num. 35. nisi adiecta sit clausula toties quoties, quia per eam fideiussor dicitur obligatus repræsentare pluries, Boss. num. 36. Marf. ead. Rubr. nu. 99. & pluralitas de duobus contenta est, l. falsa, in fi. ff. de condi. & aem. nifi. & huiusmodi fideiussor toties quoties tenetur etiam post sententiam, Bal. in l. qui crimen. col. 2. nu. 11. & 12. C. qui accus non poss. Mathes. sing. 177. nu. 1. intel lige durante instantia, vt per Afflic. in c. sãpè contingit, num. 4. & 5. super constitut. vbi etiam dicit, quòd elapso biennio fideiussio de iudicio fisti à die litis contentatæ expirat, Caraut. Rit. 44. nu. 12. Imol. consi. 47.

- 183 † Et non sufficit, repræsentare reum coram Iudice simpliciter, nisi etiam reus in eius fortijis tradatur, hoc est consignetur Collaterali, seu Commentariensi, vel Baricello, aut famulis, aut custodi carcerum, iudice interloquente eum fuisse consignatum, & pro consignato haberi, & ita custodiri mandauit, Boss. in
- 184 tit. de carcer. fideiuss. relaxan. num. 36. & seq. † Nec mora isto in casu committitur, nisi fideiussor fuerit interpellatus, non obstante diei interpellatione, intra quod præsentare promisit, Farinac. de carcer. q. 34. nu. 105. & 106. sed propter vim iuramenti, vide infra nu. 217. Fideiussor verò de iudicatum soluendo dicitur fideiussor in litem pro condemnatione futura, Iaf. in l. si verò, nu. 3. ff. qui satisda. cog. vbi per mortem principalis fideiussor non liberatur, intellige vt infra nu. 243. vbi etiam dicam, quòd per mortem fideiussoris heredes eius non remanent liberati, & cum grauis obligatio transeat ad heredes actiuè, & passiuè, Marf. sing. 159. Afflict. super constit. tit. de fideiuss. dan. nu. 5. lib. 3. & dixi infra nu. 244. in hac par. quæ limita, quando fideiussio datur pro pœnâ, secus si simpliciter data sit pro furto, vel alio delicto, Sebastia. Medic. in suo tract. mors omnia soluit, conclus. 45. & inf. d. nu. 244. & seq. & in hac specie pœnâ fideiussor potest accipi, quamuis principalis non sit obligatus, & ista est fallentia ad cap. accessorium, & l. cum principalis, de reg. iur.
- 186 † Sed principalis absoluto in prima instantia, an hic fideiussor sit liberatus, dico quòd non, Clar. d. q. 46. ver. sed nunquid, & Gabriel. eo. conclus. tit. de fideiuss. concl. 4. Franc. decis. 320. quòd intelligo verum, nisi sententia transuerit in rem iudicatam, ad hæc vide Clar. q. 57. ver. & hæc quidem, & Bertazol. conf. 396. nu. 4. vbi quando dicatur sententia transiisse in rem iudicatam: & an fideiussio lata sententia expiret, vide Petr. Caball. cas. crim. 109. quando sententia habet remedium appellationis, vel est alia via reuocatoria: ipse verò ponderarem primò verba fideiussionis, secundò quid seruari soleat in huiusmodi casibus, vide nu. 95. p. 5. vbi distinguitur.
- 187 † Præterea fideiussor qui promisit pœnam soluere toties quoties fuerit contrauentum, ista pœna habet locum tantum in bina contrauentione, vt bis tantum exigatur si contrafiat, Marf. pract. §. quoniam, nu. 13. & seq. vide infra nu. 242.
- 188 † Item si à sententia datur appellatio, tunc omnes istæ tres fideiussiones, videlicet, de iudicio fisti, de præsentando toties quoties, & de iudicatum soluendo, debent simul dari, quòd est notandum, Franc. Marc. decis. 297. par. 2. Farinac. de carcer. & car. q. 34. num. 110. & Clar. ponit cautelam, qua recipiendi sunt fideiussores, quæst. 46. ver. si tamen.
- 189 † Rursus quoad fideiussionem pœnæ de iure cõmuni non potest quis pro se nec alio fideiubere de soluenda pœna corporali, cum nemo sit dominus membrorum suorum, l. liber homo, ad leg. Aquil. Decia. de delict. tit. de eo qui sibi, & c. nu. 25. tom. 1. per glos. c. cum homo, 24. q. 5. Ro. sing. 129. Duen. reg. 331. vbi idè dicit, nisi cõsuetudo sit in contrariũ, Marf. d. Rub. de fideiuss. nu. 206. Sed vbi talis cautio nõ inuenitur, solènt fieri præcepta penalia in faciè delinquētis, siue pœnæ corporalis, siue pecuniariæ, vt in practica seruatur, quãdo rei relaxantur, vel quando Iudex magnæ autoritatis vult reprimere audaciã alicuius, ne faciat vel cõmittat tale quid. Et potest imponere pœnam fustigationis, vel triremium, vt de huiusmodi præceptis latiùs dicam infra num. 287. vel solet præceptum fieri de redeundo sub pœna pecuniaria vel corporali arbitraria.
- 190 † Insuper in recipiendis fideiussoribus expedit, vt primò principalis se obliget & iucessiuè fideiussor, & in scriptis, Maran. de ord. iud. 8. Menebr. num. 26. Bald. conf. 261. num. 7. vers. 1. & debet fieri iuxta loci
- 191 consuetudinem. Soc. conf. 64. ver. 1. † nec potest fideiussio pro carcerato dari die feriato, quamuis peti potest relaxatio tali die, Borg. decis. 1. nu. 12. & fi. p. 1. Iaf. in l. 1. §. 1. nu. 11. & alibi, ff. de fer. Canon. in c. fin. de ferijs, late Caccialup. tract. de debitor suspect. q. vlt.
- 192 † Et notandũ, quòd si statutum dicit, vel Iudex mã dat præstari fideiussorẽ, & vterius alijs verbis nõ procedit, tunc in casu nõ inueniendi fideiussionẽ, poterit iuratoria cautio supplere, l. fancimus, C. de verb. sign. Bart. in rubr. ff. de in ius voc. fallit in facinorosis; secus si diceretur quod præstetur idonea fideiussio, quia effectualiter præstari debet, & hoc per iuratoriã cautionẽ, l. si mandato, §. fin. vbi Bart. ff. manda. l. cautionis, vbi Alciat. de ver. & rer. sign. † & idoneus fideiussor dicitur ille, qui habet tantũ, quãtũ peti potest, Borg. doct. & curat. nu. 192. pulchrè Menoch. de arb. iud. cas. 142. vbi explicat, quæ sit cautio idonea, Carpa. de statu. c. 4. nu. 17. & 18. par. 1. Sed ille qui habet franchisias, vel satellites quos vocat brauos feroces, vel arcẽ qua pòt se tueri (quãuis diues) nõ dicitur idoneus, Menoch. cõf. 2. nu. 12. vol. 1. idem de arb. cas. 142. † paria enim sunt quæ non esse idoneũ, vel cũ difficultate eũ conueniri posse, l. in cõtractibus, in fin. & ibi not. Bart. C. de non numer. pecun. Carpa. super stat. c. 340. nu. 52. sed in criminalibus etiã quòd quis possideat bona immobilia & sit Diues, tamen non releuatur à præstatione fideiussoris, secundum Bal. Ro. & mod. in l. sciendum eo. tit. Marf. num. 255. qui tamen excitat quæstionem sub num. 245. an possidens immobilia possit recusari in fideiussorem, & nescio an incuria Tipographorum quædam iura ibi adduceantur, nil in meo libro
- 193 ad rem facientes, vi. infra nu. 238. † Item fat dicitur satisfecisse legi de fideiussore dando ille, qui est diues, licet dederit fideiussorem non idoneum, Bald. sing. 31. item quando fideiussor tempore executionis est idoneus, sufficit, Bald. in l. 1. §. si magistratus, in fi. ff. de mag. cõue. sed èt scias quæ fideiussor debet dari in eo loco, in quo reus est detentus; Clar. q. 46. ver. pone quod Papiensis, vbi alleg. Afflict. in Rub. 10. super 2. par. cõstit. Sed hoc erit in arbitrio iudicis liber arbitriũ habebitis, maximè quãdo fideiussor datur in eadẽ ditione.
- Qui autem possit esse fideiussor, & qui non, vide Carpa. c. 201. 2. vol. Gomef. fol. 250. & Put. de syndic. in ver. fideiussor, c. 3. nu. 10. vbi dicit, quòd Illustres per sonæ nõ tenentur dare fideiussores de iudicio fisti, sed iuratoriã cautioni committuntur, l. quoties, C. de dignita. lib. 12. sed de cõsuetudine aliter seruatur eo maximè stante autoritate nostri Brachij Regij. † Est verũ, quòd l. si sumus in delictis leuibus, vel in casu absolutionis, vel in personis non facinorosis, & forensibus, arbitrium est Iudici, non obstante illa dictione idonea, etiam sub iuratoria cautione relaxare reum; in Iudice autem nostro non est de hac re disputandũ.
- 197 † Et sententia, quæ fertur super idoneitate fideiussionis est interlocutoria, Felyn. in rubr. de re iud. nu. 21. & in hac materia idoneitatis, si fideiussor ab initio est idoneus & approbatus, non est amplius cauendum, Boss. eod. tit. num. 71. sed si & ex post fiat pauper Iudex noster iterum potest iubere vt reus detineatur ad effectum, vt idoneũ fideiussorem inueniat, Marf. d. rubr. nu. 74. & hoc quando ex officio datur fideiussio. Et potest dari exemplum in cautione de bene uiuendo, de qua sup. pulchrè Gomef. de fideiuss. num. 7. Qui autè teneatur, si non accipiuntur fideiussores idonei? regulariter tenetur Notarius vi. Farinac. tit. de Carcer. & car. q. 33. num. 88. & quo remedio succurri possit Notario, vel alteri fideiussorem non idoneum recipienti, tradit Petrus Caball. cas. crim. 73. ipse credo docendo, quòd fideiussor communis opinionis reputabatur diues. Error enim communis facit ius, l. 1. C. de testa. l. fin. in fi. ff. de offic. præf. & facta etiam prudentissimos homines fallunt, l. 2. ff. de iur. & facti ignor. vel si post acceptum fideiussorem ipse ad deteriorem fortunam peruenerit, quia nemo tenetur diuinare,

uinare, Spec. de except. §. 2. ver. item quod est, vide Farinac. de carcer. q. 33. nu. 88. & fideiussor qui de presenti non est soluendo, præsuntur quod etiã tẽpore, quo fuit acceptus, non erat soluendo; vnde ei qui accipit, incumbit onus probandi, l. non est necesse, ff. de probat. Aret. in §. sed hoc iure, in fi. Institut. de Attil. tut. Bonacof. q. crim. in ver. fideiussor. Et in hoc proposito scias, quod si fideiussor datus fuerit pro liberando sequestro, vt solet, per Caualea. Decif. 3. num. 23. p. 1. & Caball. milleloq. 643. p. 1. si creditor nullitatem aliquam commiserit in iustificando, & prosequendo sequestro, vt si in primis taxam seu dadiam, aut daturam iux. ordines non soluerit, vt in Florentia, & dixi in 4. par. sub num. 339. lit. G. vers. Quaritur in materia Gabellarum tunc resolutio sequestro per viam nullitatis, vtique resoluta censetur fideiussio. cap. accessorium, de reg. iur. l. cum principalis, eod. tit. Qua de re si Debitor sit forensis, & res sequestrata non est in loco iudicij permanens, cauẽnt creditores, sed clarius & secutius petant dari fideiussorem ab initio de re consignanda ad omnem Iudicis, vel saltem rei valorem, donec & quousque super meritis in totum sit finita, non obstante aliqua exceptione: vt per Marf. de Rubr. sub num. 137. vers. & idem dicas. Alex. consil. 19. in princip. ante num. 1. volum. 3. Caualea. Decif. 1. sub num. 10. par. 1. Bar. in l. quidam consulebat, ff. de re iudic. las. in l. 2. §. si quis, num. 1. ff. qui satisda. cog. Et generaliter omnes exceptiones, quæ competunt principali, vtique competunt fideiussori, l. omnes cum simil. ff. de except. Marf. num. 36. qui sub num. 109. dicit quod fideiussor per desertionem instantiã remanet liberatus alleg. Bar. in l. Græce, §. 2. de fideiuss. cum alijs per Marf. 161. & sub num. 350. cum seq. dicit esse

D casum in l. 2. §. si quis ff. qui satisda. cog. Et in practica obiter dico, quod ad concedendum sequestrum multa requiruntur. Primo quod fiat fides summarie, de credito. Secundo, quod debitor à tempore contractus citra deteriorauerit conditionem suam. Tertio, quod talis deterioratio sit insignis seu notabilis, secundum Rom. singul. 330. Quarto, quod mobilia non possideant in iurisdictione, vbi sit sequestrum, vel mobilia saltem pauca, & quæ non sint facilis exactionis, vt quia mulier cum egit inopia causam. Quinto, quod post calamitatem non renuerit. Vltimo quod Debitor sit suspectus de fuga, quæ omnia recensentur à Franc. Curt. suo trac. de sequestrat. num. 41. & vi. omnino Caualea. Decif. 1. & 2. ac 3. in prima par. quamuis à quibusdam, qui nollent quod aliquis legeretur nisi in suo libro, non allegeret tacita emulatione, & patenti vanagloria. At vbi à statutis certa forma tradita est, illa est seruanda. Est etiam notandum, quod primus fideiussor non liberatur per dationem secundi inuito eo, de cuius interesse tractatur, & sic mutatione personæ non fit nouatio, & non citato eo secundum Bart. in l. cum ostendimus, §. si. ff. de fideiuss. idem in l. pe. ad fi. ff. de prat. stip. Rip. in l. 4. §. si ex conuocatione, num. 6. & 7. de re iud. Bertazol. conf. 62. num. 15. vol. 1. Carauit. Rit. 159. maximè quando pro publica vtilitate fideiussio est acceptata, Afflict. super constit. in cap. humanitate, num. 10. lib. 2. Peregr. de iur. fisc. lib. 6. num. 39. tit. de conduct. Gabriel. conf. 181. num. 16.

198 † Non etiam intelligitur liberatus fideiussor, pro eo, qui promisit de non discedendo ab vno loco per alterum fideiussorem poitea datum, ob infirmitatem, per quam necesse habuit mutare locum, & aetrem valetudinis causã recuperandã: quando fideiussor infirmitatis promisit reddere illum ad eundem locum à quo discessit, Gabr. consil. 170. volum. 2. Bertazol. conf. 63. vol. 1. Petr. Caball. cas. crim. 47. Et antiprincipalis captus (inscio & non admonito fideiussore) ex eadem causã, si aufugerit intelligatur liberatus?

& dicitur quod sic, quia dicitur facta nouatio DD. in d. l. nouatione, C. de fideiuss. Afflict. decif. 130. & Gramat. conf. 66. nu. 60. & 64. secus si ex alia causã fuisset captus, & fugerit, Marf. de fideiuss. nu. 142. Affli. decif. 130. nisi quando fuit incarceratus fideiussor fuerit protestatus, q. haber illum presentatum per eum in carceribus, & q. amplius nõ vult teneri, Afflict. decif. 130. nu. 5. allegando se iustè timere quod dictus relinqueas nolit parere, & ita iurat non obstante quacunque causã etiam de nouo superueniente, secundũ Bort. cõf. 38. & quia in cõtrarium videtur cõmunis opinio, de qua per Doctores allegatos à Farinac. tit. de carcer. q. 34. nu. 101. & seq. mihi videtur posse reconciliari fieri

199 quãdo noua causã ex nouo delicto superuenit, † quoniam fideiussio cum sit stricti iuris, l. quicquid alstringendo, de verb. obl. l. si vnus, §. ante omnia, ff. de pac. l. 2. in fi. ff. de fideiussor. Menoch. conf. 212. nu. 13. vol. 3. Ferret. conf. 49. nu. 2. intelligitur rebus sic stantibus Farinac. tit. de carcer. q. 34. nu. 42. cũ seq. Afflict. decif. 234. vbi si pena est promissa ad interesse nõ extenditur nisi dictum sit, altercante Vrsillo, & vide Caualea. decif. 5. per tot. p. 1. & Muscatell. Regnicoll. de fideiuss. p. 2. q. 1. & seq. Hinc est quod fideiussor, qui promisit pro vulnere, nõ tenetur, si mors sequatur. Spec. tit. de fideiuss. §. 1. vers. sed pone Egi. cũ alijs per Marf. adduct. d. Rubr. nu. 211. Sed cautela est recipere fideiussorẽ pro quacunque pena, vi. inf. sub nu. 215. & idẽ nõ teneretur amplius quouis modo principalis aufugerit: quod limito, si ex fuga corporaliter esset puniendus, quia dicitur allatum impedimentũ fideiussori de presentando

200 principalẽ, † quod impedimentũ si u difficultas excusatur, l. si vehenda, §. pen. ff. ad leg. Rod. de iact. Marar. disp. 7. nu. 11. Afflict. decif. 195. nu. 3. Bertaz. cõf. 436. vol. 2. & conf. 560. vbi plures species impedimẽti recēset, ex quibus fideiussor excusatur, et Farinac. q. 34. nu. 38. de carcer. adducit casum quãdo mutatur status personę, vt puta de laico fit clericus: sed nõ prodesset fideiussori, si principalis suus ab alto Iudice captus aufugerit, Anan. cõf. 44. nu. 4. vol. 1. cõf. crim. Farinac. q. 34. nu. 99. sed prodesset si promississet iudicatũ soluere; & hæc est alia differentia inter fideiussorẽ de iudicio fitti, & iudicatũ soluendo sub certo Iudice, & principio fuisset cõdemnatus ab alio Iudice, tex. est in l. cũ apud, ff. iudic. solui, Gomez. de delict. e. 8. sub nu. 5. col. pen.

201 nisi carceratio fuisset affectata. Idẽ † puto verũ quãdo fideiussor interpellatus repræsentalset prima vice reũ in carceribus, si culpa Iudicis, vel custodis aufugerit, quia intelligitur liberatus, vt tenent cõiter Doct. in d. locis, & ita cõsuevit Senatus Mediolani in cã cuiusdã nobilis Papiensis anno 1580. alias secus si fideiussor esset datus, vt reus nõ discedat ex certo loco pro carcere ei assignato; nã hoc in casu, siue discesserit cũ licentia Iudicis aut custodis, seu aliter, nihilominus fideiussor remanet obligatus, Bertazol. conf. 80. nu. 12. p. 1. Duen.

202 Reg. 390. in verb. fuga. cũ ibi per eũ adductis, † sed si vel propter crudelẽ sauitiã, vel metũ iniustũ principalis aufugisset, tunc fideiussor diceretur liberatus, pulchrè Bertazol. cõf. 560. per totũ, vol. 2. imò si reus fugit propter nimiam Iudicis seuitiã, non facit præsumptionẽ criminis cõtra se, Put. de syndic. in verb. fideiussor, c. 2.

203 n. 8. † Itẽ scias, q. si principalis fuit ob cõtumaciã bannitus capitaliter ob aliã causã, non interpellato fideiussore pro prima cã, fideiussor erit liberatus, Marf. de fideiuss. nu. 93. & 94. Clar. d. q. 46. vers. pen. Bertazol. cõf. 432. li. 2. facit las. in l. i. n. 19. et 20. C. de iud. vbi nouatio, & prorogatio intelligit facta cũ oib. suis qualitatib.

204 † Nũquid aut per prorogationẽ termini factã principali fideiussor intelligitur liberatus? hæc conclusio est cõtrouersa, & aliqui tenet q. sic per l. nouatione, C. de fideiuss. cum simil. Marfil. d. Rubr. de fideiuss. nu. 89. contrariũ tenet Doctores in l. si cum Hermes. C. loc. & in l. si vnus, §. 1. ff. de pac. Strac. tract. de decoct. 5. p. prin. Gabr. concl. 3. de fideiuss. Gomez. var. resol. eo. tit.

- de fideiuf. num. 21. col. fin. quam opinionem dicit esse verissimam, & tenendam in consulendo & iudicando, & nullo modo tenendam esse opinionem affirmatiuam. † Item prorogatio termini, vt in casu latioris carceris, non innouat, Bertaz. consil. 63. per totum. vol. 1. & in consil. 80. eod. vol. & Riminal. consil. 82. & consil. 83. vol. 2. sed quando dicatur facta nouatio vide Decian. consil. 72. vol. 2. Cephal. consil. 331.
- 206 & Riminal. Iun. consil. 201. † Sed quid si bona principalis fuerint confiscata? dic quod fideiussor dicitur liberatus, si debitor, ff. de fideiuss. Marfil. in rubr. de fideiuss. num. 346. nisi Fiscus repudauerit, Herc. tracta. de cautio. de non offen. c. 23. nume. 13. cum consil. 32. nume. 2.
- 207 † Quæro nunc, an fideiussor indemnitate, vt est ille qui promittit fideiussorem releuare indemnem, teneatur, instante fideiussore conuento ob dictam fideiussionem suscipere in se iudicium? & breuiter in casu nostro tenetur per tex. in l. pater, iuncto vers. quod
- 208 si ratum de dot. prælega. vbi Bart. nu. 1. † ait, paria sunt quem promittere indemnitate, vel defensionem, Bal. in l. si pro ea, 12. quæst. C. manda. idem in c. 1. de fideicom. sed Alex. consil. 114. vol. 3. nu. 1. 2. & 3. dicit hoc verum quando fideiussor non potest aliunde conseruari, adde Carol. Ruin. consil. 187. nu. 2. 3. & 4. vol. 1. vbi dicit teneri nedum ad sortem, sed ad vsuras, Marfil. Rub. de fideiuss. num. 315. plura singularia tradit Iason in l. si ego. ff. si cer. per. vbi quando pro facto iniusto promittitur. Sed quicquid sit, ad hoc sunt consideranda verba indemnitate promissæ; nam ita prægnantia, & obligatoria esse possent, vt nouissime fieri solet, vt statim quouis modo teneretur promissor indemnitate velit nolit subire iudicium pro fideiussore, † & defensor iste qui tractat de suo interesse poterit opponere omnes exceptiones sibi competentes ex sua persona, Barto. in l. idemque. §. generaliter. num. 2. cum addit. ff. manda. & si principalis fuit iniuste carceratus, & pro exeundo dedit fideiussorē, exceptio metus competens principali, competit etiā fideiussori. l. qui in carcerē. ff. quod met. caus. Signor. de homod. consil. 774. per reg. ante dictam quia accessorium sequitur naturā principalis etiam in prætorijs
- 210 stipulationibus. † Item est differentia inter simplicem fideiussorem, & fideiussorem indemnitate. Nam simplex fideiussor potest renuntiare beneficio fideiussorij, quo casu poterit conueniri antequam principalis, non sic fideiussor indemnitate etiam si renuntiauerit. † Alia est differentia; nam primus fideiussor debet opponere de beneficio excussionis ante litē contestatam secundum Bald. & Salye. in l. exceptionem, C. de probatio. sed fideiussor indemnitate etiam post litem contestatam opponere poterit, per Bal. in c. ex rescripto, de iure iuran. Ias. in l. si ego, ff. si cert. Marfil. in d. rubr. de fideiuss. num. 314. cum plur. seq.
- 212 Et nu. 317. † dicit, quod si aliquis mandat delictū committi, & promittit mandatario de conseruando eum indemnem, quod talis promissio non valet, secundum Bartol. in l. si a reo, §. illud quod vulgō, de fideiussor.
- 213 † Sed quid de collaudatore? dic quod ille cui fideiussor promissit, non potest agere contra collaudatorē simplicem, nisi & ipse in solidum fuerit æquē obligatus principaliter. Et ille dicitur collaudator, qui mandato fideiussoris eum collaudat pro idoneo, & esse idoneum promittit vt seruatur Papiæ & alibi, Carpa. super statuto Mediolani vol. 1. 413. nu. 11. & 12. cum ibi
- 214 per eum adduc. par. 1. & Clar. d. quæst. 46. † Ceterum tenetur collaudator, si fideiussor non sit soluendo, idem si esset soluendo, sed difficilis exactionis ignora ei pro quo fideiussor accipitur, sed quando fideiussor esset notoriē non soluendo, tunc posset procedi aduersus collaudatorem nõ facta discussione fideiussoris vti contra fideiussorem principalem notoriē non soluendo, Marfil. pract. in §. aggredior. n. 128. Et differt fideiussor a collaudatore, nam qui promittit indemnitate, recipit a principali promissionem de releuando eum indemnem, & sine damno vt supra. At qui collaudat accedit primo fideiussori. Carpa. super statuto Mediolani in ciuil. cap. 413. nu. 11. & 12. & sententia afficit tam collaudatorem quam fideiussorem quem laudauit, ex quo collaudator & fideiussor sunt ambo vna tantum fideiussio, qua de re commodo, & incommodo fideiussoris gaudet. l. eum qui ædes. ff. de vsucap. Marfil. de fideiuss. nume. 314. cum sequent. qui in hoc videtur terminos confundere, sub nume. 315. qui sub num. 23. ait quod fideiussor indemnitate etiam quod non renunciauerit beneficio de fideiussoribus, tamen non poterit conueniri antequam Principalis per Bar. in l. 1. C. de consil. deb. lib. 10.
- 215 † An autem sententia lata contra principalem afficiat eius fideiussorem, ita vt absque nouo processu pariat exceptionem rei iudicatæ contra eum? Et Papiæ in for. execut. sent. num. 27. tenet quod sic, Boer. decis. 277. num. 4. intellige in fideiussore dato in causa criminali, secus in fideiussore contractus, Faber. §. fina. Instit. de satisfda. Mynsinger. obser. 96. cent. 4. Vrsill. ad Afflict. decis. 182. Bero. consil. 206. num. 30. volum. 3. Hercul. de cautio. de non offen. cap. 29. Alexan. consil. 136. num. 4. volum. 2. Bos. in tit. de carcer. fideiuss. relaxan. num. 60. f. d. esse citandum fideiussorem magis iuri & æquitati consonum est, vt Senatus Mediolani censuit anno 1590. in causa Petri Boui Derthonæ; & ideo sunt vnico contextu citandi tam reus, quam fideiussor, ita vt vnica sententia quilibet condemnari possit fideiussor pro sua promissione, & principalis pro pœna, nisi fideiussor pro soluenda condemnatione promississet, quia in pecuniarijs sufficit vnica solutio, Gomes. de delict. c. 1. nu. 8. tex. in l. 1. C. de condict. furt. l. 1. §. si plures, ff. eod. At addit. ad Bart. in l. duobus. §. igitur si quis. ff. de iure iuran. vide tur alicui Caball. milleloq. 268. p. 1. Et cum hic aduertat quomodo promittit, Nam si fideiussio sit facta pro omni damno, & culpa alicuius ministri vel famuli, tunc venit nedum interesse, verum etiam, pœna cum appellatione culpæ in stipulationibus fideiussorū, dolus continetur, vt tradit Bart. in l. Quod nerua. ff. Depos. quem sequitur Alex. in l. etiam, §. licet. num. 8. ff. solut. matr. vt refert Decia. de delict. lib. 1. tom. 1. c. 6. tit. de culpa. num. 2. & seq. qua de re tu qui promittis caue, quia cum fisco postea causam tuam dispariter tractabis, si verò fideiussio sit prætorij, vt quia promissisti pro titio de fuga non faciendâ, vel de eum representando, tunc scias quod soluendo promissum, ex eo quod Titius fugiit, tu eris anterior fisco in bonis titij, si titius vltorius in penam delicti condemnabitur, quoniam in penis pecuniarijs fisco non habet hypothecam nisi à Die condemnationis, vt per Dec. consil. 57. per totum quem sequitur Peregrini, de iure fisci libro 6. num. 12. hoc quanto Titius obligasset sua bona fideiuf.
- 216 † Practicam autem citandi fideiussorem in Statu Mediolani ponit Clar. §. fina. quæst. 49. versiculo quæro, vbi solet primo citari fideiussor ad contingendum reum, & vbi non consignet, condemnatur iuxta fideiussionem; deinde citatur reus, qui si non comparet, vtique condemnatur in prænam, alioquin si primò citaretur reus (qui ob contumaciam banniretur) si post bannum fideiussor citaretur ad suspendendum reum, esset excusatus, sicut quando fideiussor esset citatus ad presentandum reum coram alio tribunali, & non coram eo vbi facta fuit obligatio fideiussoris, Roland. consil. 58. nume. vndecimo, volumi. primo, vide Foller. in practi. crimin. frag. pars, num. 257.
- 217 † Quid de carcerato fideiussori relaxato sub cer-

to termino redeundi? quo casu dicitur, quod dies interpellat ipso facto, l. magnam, C. de contrahen. & commit. stipu. & glos. singu. in l. i. C. quibus vt indig. An eo elapso, & non comparente reus dicatur statim incurrisse pœnam, & an possit moram purgare, vide Gomef. var. resolutionum, de delict. c. 9. nu. 9. qui ad partes hanc quæstionem disputat, & determinat reum incurrisse pœnam absque alia monitione, & respondet ad contraria, de quibus in l. si. C. ut intra certum tēpus, & ad conclus. Innoc. in c. extrirpāda, de præben. & ad glos. in l. i. C. quibus vt indig. procedere in termino legali, secus in termino à Iudice statuto, Bertazol. cons. 560. n. 13. & 14. vo. 2. Nam propter vim iura mēti de rigore iuris pœna debetur, Bonacos. q. crim. su per statu. in ver. fideiussor, ver. & no. quod si. est tamē verum qd de æquitate si intra modicum spatium, putat rium dierum post lapsum temporis, se constituerit, qd ipso facto mora purgatur, iux. tex. in l. & si post tres, ff. si quis caut. & posse moram purgari intra tantundē temporis, quantum datum fuit ad præsentandum, tex. in l. sancimus, C. de fideiussor. Alex. in l. ita stipulatus, 4. col. de verb. oblig. & Felyn. in c. de Magistris, 2. col. in si. quia modica mora nō dicitur mora, eō maxime quando nil deperit fisco propter rei comparitionem, & etiam ex interuallo admitteretur moræ purgatio iusta subsistente causa impediendi, de quo vide Menoch. de arb. iud. cas. 7. & cas. 40. & circa moram d. cas. 7. quæ tamen in Iudice nostro cessare videntur ob eius liberam facultatem procedendi; Marf. sing. 465. Doct. in l. si infulam, ff. de verb. obl. Bertaz. cons. 560. nu. 25. latē Mascard. de proba. concul. 106. in verb. mora, etiam si pœna fuerit iam declarata, Thess. decis. 37. D. Farinac. vir summae lectionis, in tit. de carcer. q. 34. n. 145. & seq. vbi ampliat & limitat multis modis more solito, Menoch. de arbit. iud. cas. 7. & 40. qui arbitrium esse iudici dicit, & cas. 220. & ibi Add. alleg. tres casus, in quibus non requiritur interpellatio, 1. quando promissio est geminata, 2. quando est promissum factum successiuum, 3. quando res promissa perit culpa promittentis, & reliqua prosequitur cas. 498. & in materia ista vide infra num. 239. & 241. & num. 251.

118 † Quando autem fideiussor soluere coactus fuit pro principali, agere poterit coram eodem Iudice pro sua indemnitate contra principalem, quia id venit incidenter in eodem officio per modum sequelæ, Bald. in l. cum vidente, C. vbi causæ fiscales, sequitur Felyn. in c. cum oporteat, col. fin. extra de accusat. & decis. Luc. 92. num. 32. vbi quid pendente appellatione interposita à suo principali, & habet contra eum mandati actionem, Duen. reg. 337. sed non poterit agi contra principalem antequam soluat, Marf. de fideiuss. n. 216. Socin. reg. 192. & Duen. reg. 335. vbi multis modis limitat, & idem Duen. in reg. 331. vers. 3. fol. 305.

219 † vbi in causa criminali fideiussor non habet beneficium excussionis, & iste fideiussor, qui soluit, repetet à fisco, cui bona principalis fuere confiscata, Dec. cons. 57. & quo remedio petat, vide Bald. d. l. i. cum vidente, C. vbi caus. fisca. Castrenf. in l. si quis cum procuratorio, in fin. princ. ff. de procurat.

220 † Insuper in practica aduertendum est circa huiusmodi fideiussores; nam quandoq; vnus fideiubet pro pluribus correis, quandoq; plures fideiubent pro vno reo, quandoq; plures fideiubent pro pluribus, & fideiussor, seu fideiussores promittunt in solidum, vel simpliciter, & quandoq; inter plures correos seu delinquentes promittit pro alia, seu (vt dicitur) altero fideiubet, quod fieri potest secundum Marf. in d. rubr. de fideiuss. num. 369.

221 † Primo casu si fideiussor fuerit interpellatus, vel monitus ad præsentandum vnum ex pluribus, & cæteri correi sint absentes, Iudex nouitius aduertat, ne forte procedendo ad torturam contra vocatū, ex qua cæteri absentes grauentur valdè, vt exinde durior sit

effecta causa eorum absentationis, sed antequam deueniat ad ipsam torturam, curet, vt cæteri correi præsententur, alioquin fideiussor posset conqueri, quod Iudex causam dederit absentandi alios præsentandos. Quamuis hæc defensio de consuetudine parum fideiussori prodesse possit, sed ad tollendas difficultates bonum erit, vt omnes correi sistantur, ne cæteri interstruantur ad fugam. † Hinc est quod aliquando vnus suspectus de aliquo delicto captus fuit relaxatus sub fideiussore, interim capti sunt alij dicta de causa indiciati, contra quos esset deueniendum ad torturam, & tunc deberet supersederi à tortura, donec iam relaxatus fideiussori iterum constituitur in carceribus, nec posset excipere quod non teneatur se constituere, nisi nouis superuenientibus indicijs iuxta practicam communem, de qua Boss. in tit. de senten. nu. 61. & Cal. quæst. 46. versic. pariter, & Farin. de inq. quæst. 34. n. 63. Quoniā si prius essent torti alij, & grauassent istum iam relaxatum, sequeretur illud inconueniens, de quo dictum est, & de alijs pluribus malis, quæ causantur ex similibus relaxationibus, Ang. in l. nullus, C. de exhibendis reis, quæ res difficultatem non habet in iudice nostro liberum & absolutum arbitrium habente. † Nec dictus fideiussor liberatur per præsentationē vnus ex pluribus, nisi omnes præsentauerit ad requisitionem Iudicis, seu officij eius, & seruiantur ea quæ supra dixi quando simpliciter quis promittit, seu fideiubet de præsentando, vel fideiubet de præsentando toties quoties, vide infra num. 233. & seq. & 242.

224 † Secundo casu quando plures fideiubent pro vno reo tantum, & tunc promittunt principaliter & in solidum, est in electione Iudicis interpellari facere quæ malit ex dictis fideiussoribus, vel omnes, vt simul dictum principalem sistat: & si fideiussio erit simplex, sat erit præsentare pro vna vice tantum, secus si erit cū clausula toties quoties, quia attenditur quod supradictum est, † & si tantum vnus ex pluribus fideiussoribus erit monitus vel interpellatus ad sistendum principalem, tunc (eo præsentato) toties quoties erant obligati, cæteri remanent pariter liberati, argumento eius, quod dicit Gomef. var. resolut. tit. de contract. c. 13. num. 15. Marf. de fideiuss. nu. 27. 28. & 34. idem in singul. 2. sed si vnus fuerit tantum interpellatus, vel omnes ad sistendum eorum principalem, & non paruerint, omnes tenentur in solidum soluere pœnā, ita tamen vt solutione vnus, cæteri liberati censeantur, per dicta iura. Quod si in † fideiussione non fuerit renuntiatum beneficio cedendarum, & nouarum constitutionum, de quibus per Marf. in dictis locis mox deductis, tunc poterunt ipsi fideiussores excipere quo ad pœnam promissam soluendā, vt fiat diuisio inter illos, qui etsi promiserint principaliter & in solidum, hæc verba operantur, vt teneantur præsentare, non autem vt teneantur soluere, nisi pro sua parte diuidenda inter alios pœna ob renuntiationē nō factam supradictis beneficijs, videlicet beneficio de fideiussoribus, beneficio Epistolæ Diui Adriani, beneficio cedendarum, & beneficio nouæ constitutionis de duobus reis, de quibus terminanter per Marf. in d. Rubr. de fideiuss. num. 7. cum multis seq. vsq; ad num. 36.

227 † Quod si ex pluribus fideiussoribus vnus tantum interpellatus fuerit, & non cæteri fideiussores, & ille fuerit negligens, vel non fecerit quicquid facere debuerat, tunc si condemnatus fuerit, alij non tenebuntur ad pœnam, ex quo non fuere citati, l. de vnoquoq; ff. de re iudicata, minusq; ob negligentiam & culpam alterius, vulgatis iuribus, secus si omnes fuerint interpellati, & de materia ista est tex. glo. & Doctores in auth. hoc ita, C. de duobus reis, & notandū quod sufficit vnica interpellatio, l. boues, §. hoc sermone, de ver. sig. D. Menoch. de arb. cas. 220. n. 26. & 27.

- dummodò si legitime facta. Nam paria sunt non facere, vel facere non tamen legitimo modo, l. 1. §. penult. ff. quorum leg.
- 228 † Tertio casu in practica notandum est, quòd quando plures pro pluribus promiserint in solidum, tunc omnes fideiussores tenentur presentare omnes principales, & quilibet eorum potest cogi ad presentandum omnes; verum presentatione facta semel, vel pluries, prout sonat obligatio de delictis principalibus, ceteri fideiussores liberantur: non sic si presentatus fuerit tantummodò vnus ex dictis principalibus; nam durante presentatione aliorum principalium durat in solidum dicta obligatio quousq; adimpleta fuerit quoad omnes principales presentandos, sed solutione pœnæ facta ab vno de dictis fideiussoribus, eo quia interpellatus non sistit reum, tunc si non fuerit negligens, & in culpa, vt supra in antecedenti casu dictum fuit, ceteri confideiussores tenentur ad ratam refarcire dicto fideiussori id quod soluit, detracta eius portione; sed per hoc non remanent dicti fideiussores omnes liberati à fideiussione respectu aliorum suorum principalium, sed ab istius tantum obligatione pro quo pœna fuit soluta. vide ad hæc Causalea. decis. 8. in 4. p. & pulchre Salyce. & gl. in l. 1. in verb. iuuare, in fin. nu. 6. C. de duob. reis, gl. in l. fideiussoribus, in ver. nomina, & gl. in l. poculus, in ver. & vsurarum. ff. de fideiussor. Rot. Sicil. decis. 1. num. 15. & seq. lib. 2. Capic. decis. 51. num. 8. & 9.
- 229 † Nec est omittendum quòd si Iudex interpellari fecerit fideiussores, vt quilibet eorum vnum respectiue de dictis fideiussoribus, puta vnus alium, & alter alterum presentet, tunc videtur facta diuisio pristinae obligationis, ita vt non teneantur amplius in solidum, sed ad impleta iussione Iudicis ab vno, ipse fideiussor remanet solutus quoad istum, sed obligatus etiã quoad alios propter dictam diuisionem factam, l. si creditores, vbi Ias. C. de pact.
- 230 † An autem vnus de dictis pluribus fideiussoribus solus interpellatus possit petere, vt etiam alij confideiussores conueniantur, videlicet ad sistendum principalem, pender à qualitate obligationis: Nam si obligatio est simplex sine renunciatione, tunc auditur, auth. hoc ita, C. de duobus reis, si autem est in solidum, tunc nõ potest, sed tenetur presentare per supradicta.
- 231 † Verum quando inter plures delinquentes alter pro altero fideiubet, & alter alterum promittit seruare indemnem, tunc idem dicendum est, quia adimpleta obligatione ab vno quoad vnum, non dicitur liberatus, nisi à Iudice nouiter facta fuerit diuisio, de qua in præcedenti casu, quamobrem oportet, vt causa omnium prius sit finita antequam locus sit liberationi, & si vnus de dictis delinquentibus, & simul cù fideiussoribus succubuerit, tam quoad pœnam delicti sui, quam quoad non adimpletam fideiussionem, nihilominus etiam soluens pœnã pro se remanebit obligatus respectu fideiussionis quoad alios.
- 232 † Et aduertendum est, quòd aliud est promittere in solidum de presentando plures, aliud est promittere in solidum de soluendo pœnam; nam in primo casu videtur dicendum quòd non fuerit liberatus, nisi omnes presentati fuerint, sed quoad pœnam inter plures fiet diuisio. Quilibet enim pro sua parte tenebitur. In secundo verò casu videntur omnes teneri in solidum, & non esse locum diuisioni si renunciatum fuerit beneficijs vt supra, ita tamen vt vnica solutio facta sufficiat pro omnibus, iuxta dicta per Gomez. var. resolut. de contract. tit. de duobus reis, num. 2. & 3. vbi qui soluit poterit repetere ab alijs, & de hoc in d. authen. hoc ita, C. de duob. reis.
- 233 † Item sciendum est, quòd qui promissit presentare plures sub certa pœna in solidum, tunc tenetur presentare omnes, per tex. auth. hoc ita, C. de duobus reis, Sed si aliquem non presentauerit ex eis, non tenetur ad totam pœnam, sed ad ratam, & hic est alter effectus quando quis promittit presentare in solidum, secus si promississet etiam soluere pœnam in solidum, Ang. & Doct. in l. 2. C. de exhibendis reis, & Doct. in l. 4. §. Cato. de verb. obl. & in auth. hoc ita, C. de duob. reis, Gomez. Var. resolut. tit. de contract. c. 10. nu. 3. & 4.
- 234 † Sed hic subtiliter subinfertur, quòd si dictum sit, promitto presentare omnes in solidum, an vno ex pluribus reis tantum vocato, & presentato satisfactum dicatur? dico quòd, si pœna est pecuniaria, tunc videtur quòd fideiussor sit liberatus quoad alios respectu pœnæ, quando pœna vna est. licet plures sint rei, arg. l. 3. §. 1. ff. de duob. re. Doct. in l. 1. C. si plures vna sent. Imputet sibi ille qui ita fideiussionem accepit, deòd caute la erit compellere vno eodemq; tempore fideiussorẽ, vt omnes presentare debeat, si verò pœna est corporalis, & promissio sit pro qualibet pœna sequenda non adiecta certa quantitate, tunc intelligitur promissio facta pro ea pœna pecuniaria, quæ sequi possit, Farinac. de carcer. q. 34. nu. 3. 4. vbi duobus modis limitat, & in omnem casum deberet condemnari fideiussor pœna arbitraria. Follet. pract. crim. Trag. Par. num. 259. cum ad pœnam corporalem (vt dixi) fideiussor nõ debeat accipi nisi consuetudine permittatur, Farinac. q. 33. nu. 75. de carcer. † Vnde si reus esset condemnatus corporaliter antequam fideiussor condemnaretur ob non presentationem, tunc ipse fideiussor diceretur obligatus per supradictam rationem.
- Et pro cõplemento huius materiae fideiussionis in causis criminalibus, † quæro, an fideiussor de iudicato soluendo teneatur ad pœnam, quæ culpa ipsius delinquentis augetur, vel propter negationem, vel propter contumaciam, vel propter moram in soluendo, excedendo pœnam determinatam ordinariam sic stantibus statutis? & respondeo, si est datus ante condemnationem non tenetur nisi etiam expresserit, l. si na. ff. de fideiuss. & in 1. vbi Bart. & Doct. ff. de in lit. iuran. Felyn. in c. cum ordinem, de rescrip. item secus si datus sit post condemnationem, Boss. eo. tit. de carcerat. fideiuss. nu. 53. & 54. vbi fideiussor pro vulnere non tenetur pro morte, per l. si quis pro eo, §. nummos, ff. de fideiuss. Boer. decis. 14.
- 237 † Quæro, an fideiussor de iudicio sisti possit esse Consiliarius curiæ, Aduocatus, vel Procurator? & resolutiue dico quòd non, Boer. decis. 315. nu. 2. Mar. d. rubr. de fideiuss. nu. 347. quicquid dicat Put. de syndic. in ver. fideiussor. capite 2. circa finem. Quia de cõsuetudine similes non admittuntur, ex quo contrariatur ei quòd quis non potest esse Iudex in causa propria, l. qui iurisdictioni. ff. de iurisd. omn. iud. l. nullus, C. de test. Bal. in c. ex parte, in vlt. q. de postul. Et licet in magna Vicaria Neap. & in Gallia soleant admitti, tamen Boer. in fi. alleg. decis. 315. dat consilium, ne similes fideiubeant si nolunt perdere lucrum, & Florentiæ extat lex prohibens eos fideiubere.
- 238 † Quæro etiam nunquid ille, qui est diues, si recusetur in fideiussorem poterit agere iniuriarum actione? vide Mantuam. sing. 538. & supra, nu. 194. & 195. vbi fallentiæ, & infra num. 254. vi supra nu. 194.
- 239 † Quæro, an fideiussor qui promissit presentare reum, vel non facturum fugam, si reus fugerit, an poterit pro reo comparere, & illum defendere? Et Marsilius in rubr. de fideiuss. nu. 136. & 137. tenet, quòd sic, quamuis contrarium alij sentiant, dummodò fuga fuerit non affectata ab eo, & sit sine culpa, ita glo. in l. sancimus, in verb. non possit, C. de fideiuss. multò magis fideiussor poterit comparere ad petendum inducias ad eum sistendum, Boss. titu. de fideiuss. nu. 52. per Spec. in tit. de accusat. §. 1. versic. Porro, Bertazol. consil. 555. lib. 6. vol. 2.
- 240 † Quæro pariter, si fideiussor promissit pro aliquo de non discedendo à Prætorio, si ille discedit, & ex interuallo reuertatur ante condemnationem, an ex ista

ista inobedientia possit damnari? Et respondeo non potest, l. diuortium, ff. de diuor. multò minus si recessus fuit ob causam publicam, Afflict. decis. 130. nu. 7. idem quando non requisitus redijt, Carer. pract. ver. tertium iudicium, num. 30. Paul. Ghrl. de relaxat. carcer. tit. de fuga, & hoc quotidie occurrit. Et Prætor ait, quandoq; bonus domitat Homerus, facit tex. in l. quicquid calore, ff. de reg. iur. Idem quando fuisse factum præceptum alicui de non discedendo à palatio, quoniam, si discedit sine licentia & redijt antequam vocetur, aut capiatur, non incurrit pœnam, multò minus, si præceptum fuisse sine causa factum, sed ex abrupto, Alex. conf. 140. vol. 6. Put. de syndic. in verb. præceptum, c. 2. & c. 3. ver. restat. & hoc in casu posset fuisse Iudici iniuste & irrationabiliter iubenti, vt dixi supra num. 42. & in 5. p. n. 42. facit Bertaz. conf. crim. 151. & consil. 416. & 417. Claud. in repet. l. vt vim. de iust. & iur. Farinac. delict. q. 18. nu. 45. & Boss. in tit. de præcept. pœnal. per tot. Plot. inter conf. crim. diuerso. conf. 3. At si quis ob contemptum discederet à Prætorio, purgatio moræ locum non habebit. Plus est enim cõtemnere quàm non parere, Luc. de Penna in l. qui fideales, C. de nauicular. lib. 11. què refert Barard. ad Clar. q. 30. nume. 19. & frustra legis auxilium implorat, qui in legem committit, l. auxilium, de minor. auth. Nauigia. C. de fur. & tor. titu. si quis iudic. non obtemper. Caualea, Decis. 14. in 5. p. vbi in punct. Farinac. q. 30. nu. 77. Hercul. tradi. caut. de non offen. c. 50. Carer. pract. l. obseruare. num. 115. cum seq. vbi de pœna huiusmodi inobedientiam.

241 † Quid si fideiussor, qui non præsentauit principale fuerit condemnatus, & postea adhuc non condemnato principali eum præsentauit, an excusatur? Et Follet. in pract. crim. in verb. verum si citati, in 2. par. num. 2. §. & 13. ait, quòd expectatur finis causa; nam si principalis absolutus erit fideiussor liberabitur à pœna, secus si venerit condemnatus, Grammat. decis. 95. Sed aut per præsentationem moram fideiussor purgavit, aut si non purgavit, etiam quòd principalis se constituat, videtur fideiussor teneri, quia non paruit, quamuis principalis absoluatur; si verò purgavit, & comparuerit, quam non debet teneri, quamuis principalis condemnatur, & eò minus cum principali cõstituto fideiussor non teneatur per suprascripta potest de cõf. Grammat. stare ex quadam arbitraria æquitate, vel quia per cõstitutiones Regni ita dicendum erat, secus de iure cõmuni, per quod mori purgari potest, tex. l. & si post tres, ff. si quis caution.

242 † Quæro quid fideiussor promiserit soluere pœnã pro reo toties quoties contrafactum fuerit, an extendatur in infinitum? Et dico quòd nò, sed tantum bis committi poterit, l. fideicommissa, §. si quis decem, de leg. 3. Marf. per illum tex. in d. rubr. num. 139. & in pract. crim. §. quoniam, num. 13. & num. 51. ait, quòd poterit agi actione iniuriarum tempore syndicatus cõtra Iudicem, qui relaxandum sub fideiussione non relaxauit, Ang. in ver. pro quibus Antonius fideiussit. vers. & no.

243 † Quæro an mortuo principali fideiussio criminalis sit extincta; Et resolutiue dico, quòd si delinquens moriatur postquam est confessus aut condemnatus, tunc sicuti non extinguitur delictum, ita nec pœna promissa pro delicto, l. defuncto, ff. de publ. iud. l. 1. & tot. tit. C. si reus, vel accus. mor. fuer. & infra in 4. par. latius dicã, & hoc habet locum, quando fideiussor promisit soluere quacumq; pœnam, & non de iudicio fisti, Ang. de malef. in verb. eius bona publica, vbi addit. num. 4. Bonacoss. com. opin. in ver. mortuus post delicti confessionem, Seb. Medices in suo tract. mors omnia soluit, par. 2. concl. 32. num. 91. vbi limitat non habere locum in ficta confessione, & hos adducit Farinac. tit. de inquisit. q. 10. num. 56. & 57. vbi distinguendo reconciliat opinionem huic con-

trariam, videlicet quando pœna pecuniaria venit principaliter imponenda. Sed si promississet soluere quacumq; cõdemnationem pecuniariam, tunc etiam si (postquam est confessus, vel conuictus) moriatur ante condemnationem, teneo hoc in casu contrariam opinionem esse veriore, de qua Comes. var. re solut. titu. de delict. cap. 1. num. 82. & Peregri. de iur. fisc. lib. 4. tit. 5. num. 39. & alij quos Farinac. allegat. d. q. 10. num. 57. ver. contrarium, licet videatur loqui in terminis, tamen ex illis quæstio nostra deciditur, hac potissimum ratione, quia fideiussio est stricti iuris, vt dixi. num. 199. & facit. l. cum principalis, de reg. iur. & iste fideiussor de iudicato soluendo int. Illigitur pro condemnatione futura, vt dixi supra num. 184. & seq. & est alius casus, quod si principalis mutat statum fideiussio expirat, Marf. in Rubr. de fideiuss. num. 110. & 115. cum mult. seq. vbi infert ad multa in practica.

244 † Quæro iuxta præcedentem conclusionem, an & quando fideiussore mortuo obligatio transeat ad hæredem? Et Farinac. d. q. 34. tit. de carcer. num. 12. & seq. dicit non transire quando est facta simplex promissio pro maleficio, vt tenet Boss. in d. tit. de carcerat. fideiuss. relaxan. num. 46. sed quando est facta promissio sub certa pœna in casu contrauentionis, licet promissio sit ex causa à maleficio nascente, tunc obligatio pœnalis transit ad hæredes, ita declarante Aret. in §. fideiussor. Instir. de fideiussor. dixi sup. num. 185. quã dubitationem cessare dicit Farinac. loc. cita. ex quo in obligatione Notarij de stylo solent apponere hæc verba, promissit per se, & suos hæredes.

245 † Quæro quanto tempore durat cautio data ad beneplacitum Iudicis? Et durat durante tempore eius officij vel delegationis, ex quo cessante iurisdictione cessat beneplacitum, Tiraq. in tract. cessante causa, in ver. iurisdictione cessante, facit Bart. in l. centesimis, §. si ita stipulatus fuero, vbi Ias. & alij de ver. obl. Ac si adhuc durat causa ob quam cautio est data, tunc durat tantum quantum ipsa causa, c. eum cessante, de appellat. quia cautiones accipi solent nomine officij, & non Iudicis, & officium semper durare dicitur, licet persona mutetur, quamobrem si cautio ista sit data ob aliquam suspicionem, quamdiu durat suspicio, cautio durat, arg. c. eum cessante, de appellat. Hinc est quòd quando quis est suspectus de aliquo maleficio, & non ad iure testes, solet cogi ad cautionem præstantiam, de se præsentando toties quoties ad omnem officij requisitionem pro cauendo interesse fisci venturo, & hoc fit à Iudice extraordinariam baliã habente, Menoch. de arbitr. q. 68. num. 50.

246 † Quòd si Iudex noster supremæ autoritatis inferat cautionem præstari de beneuiuendo, vt sit contra discolos, hoc in casu: quando tempus non fuerit determinatum, nihilominus, si præstans talem cautionem bene vixerit per triennium, tunc cessabit cautio, quia per triennium bona fama dicitur recuperata, tex. singularis, in auth. de monachis, & Caso. de Iud. num. 7. dixi de test. in 1. par. nume. 102. Et hæc beneuiuendi cautio requirit summariam causæ cognitionem ad instar cautionis de damno infecto, Bart. Ias. & alij in l. qui bona, ff. de damn. infect. nec licet alteri hanc cautionem præstari facere nisi Iudici supremæ autoritatis, ex quo est remedium extraordinarium. Put. in ver. Iudicis supremæ potesta. c. 1. quia si quis deliquit debet puniri ordinario iure, l. ita vulneratus. ad l. Aquil. nec debet alligatus teneri more belluarum, sed re vera Florentiæ adsunt carceres appellatae le stinche, quibus discoli, & malè morigerati custodiuntur, & vt plurimum tanquam inemedati ibi moriuntur, nisi senes facti sint, qui locus verè mortuus est temerariorum: sic etiam seruatur in Ciuitate Lucana, vide Moscatell. in sua prac. de fideicom. & Mascard. de prob. eo. vers. Fideiussor.

247 † Quid si cautio est data per mensem certum, & vl-

- tra ad arbitrium Iudicis, seu ad eius beneplacitum? & quidem si intra illum mensem Iudex declarationem beneplaciti sui non fecerit, tunc elapso illo mense, beneplacitum expirasse dicitur, & per consequens cautio ipsa expirat, secundum Bero. consil. 204. vol. 3. Reliqua in materia fideiussionum prosequere per Mascard. de probat. cod. ver. fideiussio, & per Muscatell. Moder. Regnicolam in sua pract. tit. de fideiuss. par. 1. & 2. & infra quamplures casus ipse tradam quotidianos, & viles.
- 248 † Restat modò videre de cautione de non offendendo, de qua vltra alios Marf. in l. 1. §. præterea, vbi latè, ff. de quaestio. & Farinac. de carcer. quaest. 34. Hercul. in suo tract. de cant. de non offen. Et circumscriptis statutis, quæ dant certam formam, tamen loquendo de iure communi, & præcipuè stante hac Regia facultate, quilibet illam præstare cogendus est ad instantiam petentis, causa sum mariè præcognita, quòd licita sit petitio, l. denunciamus, C. de ijs, qui ad Eccl. confug. & vice versa debet reciprocè præstari, si licita est petitio reciproca, & ita esse expediens Iudex iudicet, secundum Bart. in l. illicitas, §. ne potentiores, numero 3. ff. de offic. Præf. † vt æqualitas in iudicijs seruetur, Bart. & Doct. in l. quæ bona, §. si quis iuxta, ff. de damn. infect. & idè Iudex statim debet diligenter examinare causam, & cuius qualitatis sit iste, qui primò petit cautionem de non offendendo sibi dari, Menoc. de arb. cas. 140. & 141. & postea quando reciprocè petitur considerare, an sit expediens, vt detur ab aduersario, quoniam sunt quidam tam temerarij, & parum Deum timentes, qui etiam sine causa prouocant, & simul offendunt pauperes, aut personas mites, & quietas, & quando sunt coacti talem cautionem dare, petunt consimilem sibi reciprocè dari cautionem, cum protestatione quòd non intendunt dare pro eorum parte cautionem (etsi iam dederint) nisi
- 250 † ex aduerso sibi detur, quo casu Iudex prudens solet rejicere talem protestationem, Baiar. ad Clar. d. quaest. 47. sub numero 21. & Franc. d. Decis. 359. volum. 2. & Hercal. tract. de cautio. de non offen. cap. 31. num. 9. & considerabit, an iste qui obtinuit sibi dari cautionem, & à quo reciproca petita est cautio, sit persona senex, aut aliter impotens, siue propter imbecillitatem corporis, aut quia pauper, & humilis, & hoc in casu, admittet istum sub iuratoria cautione pro simili pœna, vel cautionem præstabit pro alia summa, quam inuenire poterit, & in reliquo sub iuratoria cautione,
- 251 † si sit talis, & non inueniat cautionem, tunc Iudex curabit eum non discedere è Prætorio, vel è domo propria sub consimili pœna, & in casu impotentia sub alia pœna corporali arbitraria, & vi. Ias. ad hoc in l. quod iussit, sub num. 19. de re iud. & ita seruetur, & Baiar. in d. quaestio. 47. d. num. 21. non approbat id quod dicit Clarus, quòd renuens, vel non inueniens dare fideiussorem banniat extra Ciuitatem, vel locum per tot miliaria, ne morbida tota pectus pecudum corrumpat ouile. Sed non bannitur in totum
- 252 à toto dominio. † Nam profectò est dare materiam multiplicandi farinellos, & augetur, & non diminitur occasio scandali; vt inam non essent tot, & tanti banniti, res quippè periculossima, sed in hæc tempora incidimus, in quibus data opera multi se bannunt, vt furentur, & occidant, ita vt nullus ferè tutus sit in propria domo, testatur id Padus, & Ticinus.
- 253 † Et in adhibenda causæ cognitione sufficiunt summaria informationes, Monticell. pract. crimin. reg. princ. nu. 45. Barba. conf. 64. vol. 1. Mascard. de probat. concl. 137. & etià sufficeret iuramentum calūniæ, quado esset petitio verisimilis, & casus celeritatem requireret, l. metus, ff. quod met. caus. Menoch. cas. 140. num. 40. & in hac cautione datur etiam fideiussor vt quotidie seruetur in practica, Clar. quaest. 47. per tot. & Farinac. d. quaest. 34. licet de iure ei qui est diues non
- expediat alium fideiussorem dare, sat est vt ipse promittat, Bart. in l. illicitas, §. ne potentiores, num. 4. de off. præf. per tex. l. fin. ff. qui satisda. cog. tamen de consuetudine seruetur, quod detur fideiussor, per l. 1. ff. qui satisda. cog. & multò magis si rixosus esset vel difficilis exactiois, vt sup. num. 194. & seq. & num. 238.
- 254 † Verum experientia docet, quòd feroces & maligni homines renunt præstare hanc cautionem de non offendendo, & Iudex solet excipere, quod præstetur, alioquin pro data omninò habeatur, vt etiam dicit Baiar. d. quaest. 47. num. 21. & si est pauper addi debet sub pœna corporali arbitraria, vel mandare vt exulet; sed hanc prouisionem damnandam dixi supra, quia non est occasio danda, vt multiplicentur iniqui, l. in fundo, §. penult. ff. de rei vend. & occasio dicitur quando causa non est ordinata ad effectum, de quo agitur, sed accidentaliter & casu illud contingit, l. fin. §. cum in secunda, C. de fur. Dec. in cap. 1. nu. 7. de constit. & in Rubr. C. qui admitt. Bald. conf. 119. col. fin. lib. 2. melius erit vel in carcerem, vel in domum eum arctare, donec satisfdet sub magno pœnali præcepto; & quando res agitur inter partes, vt puta inter vniam & alteram familiam, tunc omnes sequestrari solent in proprijs domibus, vel sub certis finibus
- 255 sub pœnis magnis concludere, † & etiam sub pœna indignationis Principis, quæ pro spreto præcepto suo iusto potest extendi etiam vsque ad mortem, quando fuit contra factum atrociter, vel cum magno scandali periculo, de qua pœna Menoch. de arb. iud. cas. 355. & Luc. de Pen. in l. 1. C. vt dignit. ordo seruetur, lib. 12. Grammat. decif. 40. num. 20. Farinac. de
- 256 delict. & pen. quaest. 19. num. 32. † Nam pœna omnis in Principe arbitraria dicitur vsque ad mortem, Aug. ad Ang. de malef. in ver. caput à spatulis, ver. quando aliqua lege, & refert Farinac. cod. tit. de delict. & pen. quaest. 17. num. 60. & Monticell. pract. crim. reg. 2. num. 8. Carer. pract. de homicid. num. 31. & 32. & maior vel minor erit pœna secundum qualitatem transgressionis & indignationem Principis, vt per Menoch. & alios supra adduct.
- 257 † Solent etiam huiusmodi præcepta fieri inter vniam & alteram communitatem, quando occurrit inter eas disputari de finibus territorij, ne discedant incolæ à certo fine, causa vitandi ne deueniatur ad arma, l. fin. ff. de decret. ab ord. faciend. Et in Statu Sereniss. magni Ducis Etruriæ, Domini mei, viget mos laudabilis & utilis, vt statim atque ad aures Iudicis maleficiorum peruenit de aliqua rixa, tubicen, sono tubæ in loco delicti, & in locis solitis moneat, & præcipiat, quatenus tollantur offensiones inter eos, inter quos orta est contentio vsque in tertium & quartum gradum sub penis comminatis, & quòd intra quindecim dies aut mensem proximum debeant cautionem præstare de tregua, vel pacem fecisse, qua proclamatione facta omnes sibi à calamitate tali cauent: & in cautionibus seruetur deinde supra dicta forma. De iure communi vide Guid. de Suzar. quem sequitur Io. And. ad Spec. tit. de pignor. §. sequitur, versic. quid si timeo, Alex. in l. qui bona, §. si quis, de damn. infect. Attende tamen quod si eleuatio offensarum, aut huiusmodi præcepta facta non sint iuridicè seruatis seruandis, non valent, tex. in cap. fin. qui matr. accus. non poss. & ita Florentia fuisse iudicatum in Rota. Et in materia l. fin. C. de Decret. ab ord. fac. vbi de cautione, & prouisione adhibenda ne scandala inter communitates oriantur, scias quod si altercantur inter priuatos ex causa priuata, pœna contra communitatem locum non haberet, l. iurifgentium, ff. de pac. se. cus si publicum tangerent, saltem maiori parte approbante, l. fin. C. de auth. pract. l. si quis ex argenti ff. de eden. l. suum hæredem, §. hodie, ff. de pac. & est verum quod factum à maiori parte ab omnibus factum esse dicitur. Bar. in l. quod maior. ff. ad municip. Soc. Reg.

286. Ancharan. facit in consil. 156. Aret. consil. 165. Gand. in Rubr. de Homicid. num. 14. Ideo cauendum est ab vnionibus quadrilijs, & illicitis Congregationibus, quoniam etiam sine sono campanæ diceretur Communitas congregata ad malum, per l. 3. C. de Summa Trinitate, & Fide Catholica; vide Boss. in eo. tit. de vnionibus, & conuenticul. Quando autem Pax dicatur rupta inter vtramque Communitatem habes per Bertazol. Consil. crim. 183. par. 1. consil. 247. Cor. consil. 167. lit. l. volum. 3. vbi an sit pax facta simpliciter inter Vniuersitates, vel inter eas, & earum homines particulares.

258. † Quanto autem tempore durare debeat cautio de non offendendo, stat in arbitrio Iudicis, Bart. in d. §. ne potentiores, numero 7. de iure communi fideiussio præstita oretenus durat per duos menses, & in scriptis perpetuo, l. penult. C. de fideiuss. Afflict. super Constit. si vassallus, numero 24. fol. 282. & per decennium durare dicit D. Menoch. de arbit. cas. 141. numero 3. & de cautione de iudicio sisti quando expirat, dixi numero 181. vide Guliel. de Cun. tract. de securitate. numero 181.

259. mero 39. † Poenam autem promissam incurrit, qui facta, aut verbis iniuriando contrauenit fideiussioni de non offendendo, quæ poena debetur omnino, & etiam is, qui cautionem rumpit, tenetur luere poenam pecuniariam, aut corporalem secundum qualitatem delicti secuti in ipsa contrafactione, scilicet poenam de iure communi, vel statutario pro delicto, secundum Foller. in pract. crim. in verb. penis debitis, numero 23. & Marf. consil. 9. col. fin. quod non habet dubium. Veruntamen vide Guliel. de Cun. tract. de securitate. num. 38. versic. quæro si tu dicis iniuriam, vbi tenet, quod per iniuriam verbalem non incurritur in poenam conuentionalem, sub illa generalitate de non offendendo, nisi expressè cautum sit; nec per quamlibet aliam iniuriam, quæ non tangeret in effectu personam facta: & Gulielmus ibi infert ad vassallum, qui non perdit feudum ob solam iniuriam verbalem: & numero 41. ait, quod auxiliator eius, qui promissit non offendere, tenetur eadem poena conuentionali, si fuit præsens, id est, quando poena stipulata fuit, auxiliando in facto criminis. Sed de hoc dubitandum, quoniam stipulatio non egreditur personam contrahentium, cum sit stricti iuris, l. quicquid astringenda, de verborum obligat. id posset habere locum, quando quis promissit per se, nec per alium offendere, quamuis Gulielmus plura iura ibi allegat, quantum inductionem non reperi iuxta ipsius opinionem.

Sed vt plenius in actu practico hanc materiam tam quotidianam explicemus more nostro, notandum est, 260. quod † differt Pax à remissione rancoris: Nam rancor dicitur remissus, si aduersarij simul comedant, vel bibant. Bald. in l. accusationem, num. 7. in fin.

261. Pax † verbis iniurijs rumpitur, vel si quis querelat, aut alium instigat animo nocendi illi, cum quo pacem fecit: Nam pax ab animi reconciliatione procedit, & animus perturbatur ex verbis iniurijs, atque corrumpi dicitur, nimirum si pax solis verbis rumpitur: Nam offensa dicitur omnem, quod ad iracundiam protocat, Cor. consil. 51. nu. 6. volum. 1. si facta est pax pro iniuria verbali, ac si facta est pro iniuria actuali, tunc solo verbo iniurioso non rumpitur ea ratio, quod quicquid est causa causæ, dicitur esse causati, l. si amicus, ff. ad leg. Iul. de adult. l. manumissiones, vbi Bald. not. ff. de iust. & iur. & in terminis Caualea. Decisio. 19. per tot. par. 5. vel sicuti relatam continetur irreferente cum omnibus suis qualitatibus, l. asse toto, ff. de hæ. instit. & per Barto. in l. si seruum, §. fin. ff. de legat. 1. sic de pace & eius ruptura censendum est, vt in proposito dicit Mascard. de probat. conclusio. 1163. num. 101. & 102. vnde si pax est facta pro offensa facti, ita & factis rumpi debet, vt quæque res secundum propriam naturam & qualitatem reguletur, vt de propul-

sanda iniuria dictum est, ac de resistentia supra in hac 2. par. num. 57. & seq.

Igitur quærit Clarus in q. 47. vers. quæro etiam, si duo promiserunt inter se non offendere, & vnus offendat fratrem alterius, an dicatur incidisse in poenam? & respondet quod non: per doct. Bar. in l. si ita stipulatus, §. Grifogonus, vbi omnes, de ver. oblig. & testatur de communi, ac limitat non procedere si manifestè apparet, quod ad vindictam & in offensam alterius fratris (cum quo stipulatio est secuta) alterum fratrem offendit, litem apud Labeonem, §. pen. & fin. ff. de iniur. Cephal. consil. 587. num. 26. volum. 4. & hæc opinio est vera, si cautio de non offendendo est tantummodo in personam, quia non extenditur ad aliam personam, l. quicquid astringendo, de ver. oblig. maximè in pœnalibus, cap. odia, & cap. in pœnalibus, de regul. iur. Dec. in consil. 89. num. 11. quinimmo etiam si offendat filium, aut vxorem, non est locus pœnæ pro iniuria personali, leuiam qui, in principio, ff. de iniur. DD. in l. 4. §. Cato, de ver. oblig. & hoc quia cautio loquitur tantum de offensa personali. Moro. tract. de fide, tregua, & pace, quæst. 134. num. 1. & 15. in fin. & cum Bart. transeunt Vulpell. de pac. quæstio. 40. Bero. consil. 135. volum. 3. quamuis in vxore, Luc. de Pen. in l. vnica, num. 49. C. public. latit. contrarium sentire videtur: sicut etiam arguendo à ratione correlatiuorum, tenet Ias. in l. transigere, C. de transac. & etiam tenet Alcia. in d. l. 4. §. Cato. in 7. quæst. & alij quos Moro. vbi supra allegat. num. 15. & sequ. tamen respectu correlatiuorum sumus extra hos terminos cum in stipulatione est contenta persona Titij, quia nomen non habet, neque est correlatiuum, ar. l. in quis in tantam, C. vnde vi. l. in agris, ff. de auf. re. do. Barto. in l. 2. C. de transac. Secus si diceretur, promissit non offendere maritum Bertæ. vel patrem Titij, quia maritus est correlatiuus ad vxorem, & pater ad filium: vt declarat Euerar. in suis centur. loc. 76. à vi correlatiuorum, lit. B. per l. fin. C. de iudic. & appellatione Titij non continentur filij, nec vxor, quia est discrepantia, secundum Grammat. in nomine, in casu, & in persona, hinc est, quod macula acquisita in persona Titij non nocet filio, text. est sing. in l. emancipatum, §. fin. ff. de Senator. & in terminis Cephal. d. consil. 587. à hum. 12. vsque ad num. 23. vo. 4. Secus etiam si promiserit non offendere carnem, vel sanguinem Titij: nam vtique vxor, & filij comprehenduntur, sunt enim vna caro, & ossa de ossibus patris, & caro de carne eius, 35. quæst. 4. §. hac autoritate, & 31. quæst. 2. de Neptis, l. fi. C. de impub. & alij substit. institut. de noxal. §. vltim. plura adducit Luc. de Pen. d. l. vnica, sub numer. 49. C. public. latit. lib. 12. & in l. cum seimus, C. de agr. & cens. lib. 10. vbi actio iniuriarum pro offensa facta patri, vel marito, competit filio, & vxori, secundum Barto. in l. ambitiosa, C. de decret. ab or. fac. Item si promiserit non offendere Titium in rem, nec in personam, vtique vxor, & filij comprehenduntur in stipulatione, l. nam absurdum, ff. de leg. facit regula, si de quo minus, ergo de quo magis, cap. cum iniunctis, iuncta glos. de elect. Hinc dici solet, mei nati, mea vxor sunt res meæ. Idem quando promiserunt non offendere seipfos, filios, fratres, consanguineos, & affines, vsque ad quartum gradum: iuxta ea, quæ supra in d. 2. par. num. 254. & in ijs terminis bene loquuntur. In pratorij stipulationibus fit lata interpretatio ratione finis, quando est auertendi cæ, ne scandala orientur, vt hic, secus in coactionibus conuentionalibus, Luc. de Penn. in d. l. vnica, num. 49. C. publ. latit. lib. 12. Tiraquel. de leg. connub. l. 15. & vltim. num. 54. vsque ad num. 66. Moro. de fid. pac. & tregua, q. 134. num. 14. Ias. in l. transigere, C. de transac. & multo magis cum cautiones huiusmodi dantur sic iubente statuto, aut lege particulari, vt supra dixi num. 257. d. 2. par. quia finis est, ne partes deueniant ad arma, & propter publica scandala auertenda,

da, nimirum si fit extensio, cap. odia, ubi limitant Docto. de regul. iur. & pro expresso habetur, quod tacite inest, text. in l. quamdiu, C. de fideicom. quid dubij, quod offensa vxori facta magis afficiat: imo vxor non per extensionem, sed virtualiter dicitur comprehensa, l. & si non defendantur, ff. de pen. l. ijs solis, C. de reu. don. l. milites agrum, in princip. ff. de re milit. ideo tollenda est occasio, Bal. Paul. de Cast. in d. l. quamdiu, & in prop. Mascard. de probat. conclusio. 1136. nume. 40. in fin. ubi dicit, quod si promissio de non offendendo est facta post delictum, tunc lata fit interpretatio: aut est facta de delicto abbreviando, & tunc strictè interpretatur, Menoch. de arb. cas. 335. num. 4. cum ibi per eum adduc. Multo magis comprehenderetur vxor, si in promissione appositi essent expressè nedum consanguinei, & affines, sed consortes, & coniuncti, vt in Formulario Florentino practicatur in materia tregue: **B** Nam vir, & vxor consortes appellantur vulgari sermone, Salyc. in l. penult. C. de contrahen. empt. quia nemo illorum proximior, & de consortibus Alexand. consil. 12. numero 1. lib. 7. Castr. consil. 159. super primo, lib. 1. & matrimonium dicitur maris, & feminae coniunctio, §. 1. Institut. de nupt. & in Euang. Matth. cap. 12. Quos Deus coniunxit, homo non separet; & in iure ciuili appellatione coniunctorum veniunt vir, & vxor, probat tex. in l. fin. §. cum autem in confinio, C. de fur. ibi actionem furti non dari marito in vxorem, tanquam personas ita sibi coniunctas. Ias. in l. 1. numero 4. C. vnde vi. apostil. ad Bart. in l. fin. Cod. de verborum signific. & hoc in casu cessant dubitationes, quia sumus in claris, l. continuus, de verborum obligatio. & ideo cautela est, vt in cautione dicatur, promissit nullo modo offendere, nec offendi facere in re, nec in persona Titium, nec suos quouis modo, sanguine, vel affinitate coniunctos vsque ad quartum gradum: Surd. Decis. 89. numero 11. Verum si ex noua causa, offensa vere facta sit, tunc non est locus pœnæ, Caphal. d. consil. 587. numero 29. cum plur. seq. vol. 4. Hercul. de cautio. de non offend. cap. 13. numero 5. Bertazol. consil. 147. numero 24. Bero. consil. 198. numero 12. volum. 3. Mascard. de probatio. d. conclusio. 1136. numero 37. vbi ait non valere pactum, quod etiam noua causa superueniente quis teneatur ad pœnam de non offendendo, testatur de communi, nisi fuerit causa noua affectata, argumento trium onerum tutelarum. Institut. de excusat. tuto. vel curaro. & Viui. commun. opinio. 808. num. 32. & 41. vo. 3. vbi si statutum dicit, quod praestetur cautio ista de non offendendo actiue, nec passiue consanguineos, & affines, vsque ad tertium gradum, secundum ius Canonicum non comprehenditur sponsa; & ad praedicta vide Io. Fabr. in l. denunciamus, C. de ijs, qui ad Eccle. confug. Aufser. addit. ad Capell. Tolosa. quaest. 489. in fin. Plac. C. epit. delic. lib. 1. cap. 7. num. 10. in fin. Et hic nota, quod vbi certa forma cautionis de non offendendo est tradita à statuto, vel ordinationibus, si instrumentum cautionis fuerit deperditum, & solum penes acta curie fit quodam de stylo, memoriale, seu repertorium, in quo memoriale recolitur de cautione praestita, tunc creditur, & intelligitur cauisse, iuxta formam statuti, propter relationem, quæ refertur ad relatum, l. asse toto, ff. de har. instit. l. ait Prator, §. si Iudex, ff. de re iud. paria enim sunt aliquid esse certum de se, vel per relationem ad aliud: secus si impugnetur, vel certa forma non sit tradita, quia non creditur, Doct. in authent. si quis in aliquo, C. de eden. facit Caualecan. decisio. 21. numero 36. 37. & 38. ibi clarum est, quod vbi de certa quantitate non est conuentum, Bartol. in l. admonendi, col. 9. ver. sed quæro, quid de exemplo, vbi in fortioribus terminis, ff. de iureiurando. Nam si non creditur notario, nec copia, seu exemplo continenti totum tenorem instrumenti, quanto minus illi memoriali, seu repertorio, aut indici apud acta, quando non con-

stat de originali, Authent. si quis in aliquo, C. de eden. Mascard. de proba. conclusio. 741. num. 1. 2. & 15. Ori. in pract. de instrum. product. c. 9. num. 19. & 29. Socin. in d. authent. in aliquo, num. 17. Purpur. num. 32. & in antiquis faceret aliqualem fidem, vt in simili Caualecan. decisio. 46. num. 15. cum sequen. par. 1. Curt. d. authent. si quis in aliquo, numer. 15. & ideo ad fiscum spectat probare, quando pœna in totum, vel in parte ei cedit, l. qui accusare, C. de eden. cap. ex litteris, extra de probat. l. vt frui, ff. de usufruct. Barto. in l. 1. C. de iur. fisc. Socin. l. 2. ff. de except. rei iudic. Peregrin. de iur. fisc. lib. 7. tit. 3. num. 13. Et notandum, quod si pax sit rupta ab vno ex pluribus in pace comprehensis, omnes tenentur pro virili. Alex. in consil. 116. vo. 4. conferunt dicta supra in 2. par. vbi in materia fideiuss. facit Tob. Non. consil. 152. num. 17. inter. consil. crimin. diuerso. to. 1. & pax quando diminuat pœnam, vide supra num. 79. & sequen. & Farinac. de accusat. quaestio. 13. quid si post sententiam habetur pax, an proficit dic quod non; nisi sit locus appellationi, & fiat appellatio pendente. Gomef. var. resol. tit. de delict. cap. 3. nume. 6. Plac. epit. decisio. cap. 39. nume. 27. & 28. Franc. decisio. 370. num. 19. vo. 2. & pax, quam fidem faciat, vide Mascard. de probat. conclusio. 1161. & 1162. vbi quibus modis rupta dicatur, & dixi supra in 2. part. de presentante pacem: & plura Boss. titu. de pac. & addit. ad Clar. quaestio. 21. num. 145. & stante statuto de rum pente pacem. aduertendum est semper ad verba statuti, an comprehendant percussione, vulnera, aut admenationem. Nam si pax, vel tregua rupta dicatur, non intelligitur rupta per admenationem, nec per leuem percussione. nec dicitur rupta ab eo, qui prius fuit prouocatus, & opus habuit se defendere; l. 1. de vi, & vi arma. & de ijs apud Mascard. d. conclusio. 1162. num. 42. 47. 54. & 118. vbi offendens minantem non dicitur fregisse pacem, alleg. Marf. in pract. §. expedita, col. prima, & singul. 337. Bertazz. consil. 48. numer. 1. **D** † Hoc vnum est, quod si dolo pax non rumpitur, rupta non dicitur, Alexan. consil. 115. colum. 4. num. 15. volum. 4. Bero. consil. 196. num. 12. volum. 3. Bertazz. consil. 4. vo. 7. & pax non dicitur plusquam semel rupta, nisi statutum dicat toties quoties, Ioann. Andr. ad Spec. tit. de treg. & pac. in rubr. & refert Mascard. d. conclusio. 1162. nume. 40. & de clausula toties quoties, nume. 38. & 39. vi. supra in 2. par. sub num. 180. Tandem scias, quod pax, & remissio pro iniuria non extenduntur ad damna. Ias. in l. 1. col. 3. ff. de pac. vbi de modo faciendi pacem, quæ præcipue haberi debet ab omnibus, quorum interest: & tam à feminis, quam à masculis, secundum veram, & communem opinionem, de qua per Fel. in cap. cum oporteat, col. 5. de accusat. sequitur Boss. d. tit. num. 9. Differt tamen pax à remissione, quia pax fit ambabus partibus concurrentibus; remissio autem fit ab vna parte tantum, videlicet à parte offensa, Carauit. rit. 175. differt etiam pax à concordia, quia pax est perpetua, & concordia potest esse ad tempus, Alexan. in l. de fideicommissio, C. de transact. sequitur Boss. d. tit. de pac. num. 2. & 3. Alex. & alii in l. 1. ff. de pac. & finaliter pax facta pro priuato interesse, non impedit processum, quo ad interesse fisci. Barto. in l. 1. §. vsque adeo, de iniur. Boss. d. tit. num. 8. vide Vulp. de pac. q. 14. & Carauit. rit. 262. nume. 26. qui dicunt, quod pace habita à principali non potest procedi ulterius in causa, & ita seruat consuetudo; quæ supradicta tanquam magis quotidiana sunt seruanda, & pax semper fit hominibus bonæ uoluntatis.

262 Quo verò † ad tregam, quæ fit de non offendendo, si non addatur in personam, etiam verbis iniuriosis rumpitur, quoniam iniuria verbalis dicitur offensus animi, & personæ, sed non in personam, pulchrè hanc rem explicat Vulpell. consil. 26. numero 7. & 8. idem in tract. de pace, q. 91. cum seq. vbi vult, quod iniuria verbalis, & grauis rumpat cautionem, seu tregam

gam de non offendendo, & dicit esse arbitrarium Iudici, Baiard. ad Clar. §. fin. quæstio. 47. numero 3. quia si est arbitrium Iudici, pœna conventionalis, vel statuta de non offendendo non habebit locum, sed aliqua extraordinaria, & indeterminata in dicta cautione. Et si cupis videre, qui fuit primus inuentor Treugæ, & acordiorum inter rixantes, & de varijs modis iniendi pacem, & concordiam, ac faciendi treugam, & fideiubendi. vi. Polib. Virgil. de Vrbinô in d. suo tract. cap. 15. car. 110.

E Nunc in proposito pone, quod inita sit treuga inter Publium, & Mæuium de se non offendendo in personam, & dum quadam die super mensuratione agri ambo contenderent, Publius exprobrauit Mæuium, quod sit latro, vel dixit Razza di ladro, non est dubium, quod hæc verba sonant in grauem iniuriam, & contumeliam, Speculat. in tit. de accusat. §. 1. versic. quid si vocauit latronem, pro pœ. quo casu licuit iniuriato, vti militi honorato, vlcisci, & mentiri Publio, secundum Angel. de Malefic. in verb. verba iniuriosa, in versic. quid plura, si aliquo dicto, vel facto, num. 10. qui dicit opinionem Speculatoris verissimam esse, & huiusmodi iniuriæ propulsationem fieri ex intervallo etiam posse testatur Menoch. consil. 107. numero 40. volum. 2. vbi ait, quod satis incontinenti fieri dicitur, si propulsatio fiat die sequenti, licet de arb. iudic. cas. 361. numero 21. dixerit, quod intra triginta dies propulsatio dicitur facta calore iracundiæ; sed certè magis puto calore præui animi vindicatiuè fieri, vt ait Mascard. conclusio. 1162. numero 59. ideoque standum esse arbitrio Iudicis, vt supra numero 46. & facit Baiard. ad Clar. §. homicidium, numero 21. & 113. modò die sequenti Mæuius obuiam habens Publium aduersus illum hæc verba protulit. Di quelle parole, che hieri dicesti in dispregio della Casa mia menti per la gola, & pugno illum pariter percussit, & Publius euaginato ensè in Mæuium irruit, & illum pluribus vulneribus percussit, qua de re causa ventitata in iudicio fuit iudicatum treugam à neutro ruptam fuisse me patrocinante, & cum similis casus euenisset in Ciuitate Florentiæ ita iudicatum fuit de anno 1602. die 24. Octobris, à Dominis octo de Balia.

F Nam ad determinationem cuiuscunque rei initium spectandum est, l. Pomponius, de negot. gest. & causam rixæ perpendendam esse, ait Vlpell. de pace respons. 98. numero 1. & 6. Vnde Publius protulit illa verba, Razza di ladro natus, occasione mensurationis agri, & sic ex noua causa, ob quam præsumuntur fuisse prolata illa verba; immò clarum est, & non est opus coniecturis, l. decem, §. continuus, de verborum obligatio. & quando essemus in dubio semper est præsumendum ex noua causa, & non veteri dictam, vel factam fuisse iniuriam ad euitandam pœnam conuentionalem, l. semper in ambiguis, vbi Dec. de regul. iuris, & c. in obsecris, vbi Dyn. eod. tit. in 6. Mascard. d. conclusio. 1136. numero 38. Menoch. de præsumptio. lib. 3. præsumptio. 144. numero 4. Vlpell. respons. 2. numero 34. & quæst. 9. numero 5. Soc. Jun. consil. 103. volum. 3. Marsil. singul. 503. Ruin. consil. 10. numero 12. volum. 4. Bertazol. consil. 282. numero 17. & 18. & consil. 248. lib. 2. idem consil. 4. numero 14. consil. 147. numero 22. & sequ. consil. 151. numero 11. vbi ait, quod potest noua causa allegari, etiam si ex conuentione, vel à statuto, aut ab ordine Magistrali prohiberetur noua causa allegari, & etiam si noua causa esset iniusta; vltra quod per illa verba iniuriosa treuga non dicitur rupta in casu isto, quia cautio fuit præstita de non offendendo, vel offendi faciendo in personam tantum, quæ taxatiua stricto modo offensam personalem factam, & non verba tantum comprehendit, iuxta doctrinam Bartoli in l. si cum 15. qui iniuriarum, ff. si quis cautio. & Gugliel. de Cun. in tract. de securita. numero 38. versic. quarto si tu dicis iniu-

riam, & cautio de non offendendo est stricti iuris, vt supra numero 199. quæ interpretatio stricta locum non haberet deficiente illa taxatiua tantum, secundum Mascard. de probatio. conclusio. 1136. numero 40. in fin. & tamen distinguit, quod si promissio sit facta post delictum, lata sit interpretatio, secus si ante ex eo, quia timeatur ne partes veniant ad arma, vt fit in Statu Serenissimi Magni Ducis statim, atque timeatur de rixa sono tubæ eleuantur offensæ, & coguntur partes, vel facere pacem, aut treugam sub illa pœna, quam arbitratur Magistratus, vel Index, & quia in casu nostro dictum fuerat, quod promiserunt partes se non offendere cum armis, vel sine armis in personam, & treuga verificatur rupta cum pugno, fuste, vel alio instrumento, nam appellatione armorum talia non comprehenduntur, sed virtute huius clausulæ sine armis, treuga, pugno, vel baculo rupta dicitur, per supra dicta.

G Modò ad rem pro mentita, & pugno die sequenti treuga non dicitur à Mæuium rupta, quia vti miles ex causa honoris licitè vlcisci se potuit, l. vt vim, cum concord. de iustitia, & iure, Mascard. de probat. conclus. 1136. numero 20. Hercul. tract. de cautio. de non offen. cap. 27. numero 18. versic. in quibus forsan, Bertazol. consil. 534. numero 21. versic. tertio, lib. 2. Socin. Jun. d. consil. 103. numero 12. par. 3. Mascard. vbi supra, num. 4. tom. 2. & contravenisse non dicitur qui offensus offensorem offendit, Vlpell. consil. 8. nu. 2. Mascard. d. conclus. 1163. num. 41. & num. 42.

Nec obstat, quod iniuria verbalis erat vlciscenda hinc inde solis verbis, non autem etiam facto, sed eum moderamine inculpatæ tutelæ, Placha in epitom. delict. cap. 1. numero 21. Angel. de Malefic. in verb. verba iniuriosa, numero 10. & 16. August. ibi, & dixi supra numero 57. & seq. & numero 64. in hac 2. par. Quoniam respondetur, quod ille, qui videt alium contra se armatum venire, quem non ignorat verbis contumeliosis affectisse, & audit, & videt illum minus inferre, & verba incitatoria ad rixam proferre, non tenetur expectare, vt ille prius euaginet ensẽ, & admenare incipiat, sed de iure ad defensionem potest omni meliori modo contra illum irruere, & admenare, l. vim vi, ff. de vi, & vi armat. Clar. §. homicidium, versic. sed quomodo probatur, Tob. Noni. consil. 109. & Bertazol. latè consil. 433. & 434. Grammat. decisio. 5. & 23. & 98. facit Boer. decis. 169. Capic. in causa mentita, decisio. 58. Nam primi motus non sunt in nostra potestate, & propulsatio facta prouocat excusat, Vlpell. consil. 97. numero 6. Afflict. super Constitut. Reg. in verb. asperitatem, in 7. not. idem decisio. 206. numero 3. & 4. vbi in proposito ait, quod aggressus qui se defendendo modum excedit, non debeat puniri pœna conuentionali, sed aliquantisper pro excessu, pulchrè Tiraquel. de pœn. temper. causa 1. numero 6. cum seq. vbi ita iudicatum fuisse testatur. Nam offendens treugam non rumpit, vt dictum est Mascard. d. conclusio. 1136. numero 28. & 29. conclusio. 1162. numero 41. & 42. etiam si ex intervallo fiat, Hercul. d. tract. de caut. de non offen. cap. 18. & cap. 46. numero 40.

Quæ ratio vtiq; procedit respectu Mæuij, ultra quod, si pugno percussit luit pœnas: Nam remansit vulnerratus pluribus vulneribus, & modica percussio cum pugno non habetur in consideratione de iure communi, Marsil. consil. 80. numero 31. cum seq. & Bertazol. consil. 98. numero 14. consil. 195. numero 14. consil. 248. numero 5. lib. 1. consil. 287. numero 15. lib. 2. Nicol. Moro. tract. de treug. & pac. quæstio. 122. numero 18. & seq. nisi statuto, vel conuentione alit. cauere, vt in casu nostro ex illis verbis, cum armis, uel sine armis, ut supra diximus, & Alber. in l. 4. ff. de adm. legat. uideretur uelle, quod etiam si non essent illa uerba, sine armis, nihilominus treuga possit dici rupta, quia negari non potest, quod facta adiecta uer-